TRACTATVS LVCVLENTVS DE Iuramento Litis Decisorio,

D. VINCENTII CAROCII TVDERTINI, IVRISCONSVLTI PRAECLARISSIMI.

In quo nouæ quædam, frequentes, quotidianæque materiæ, omnibus tam in scholis, quàm in causarum foro versantibus, summè vtiles, ac necessariæ, continentur.

CVM SVMMARIIS ET INDICE Locupletissimis.

CVM PRIVILEGIO.



VIRTVTI SIC
CEDIT INVIDIA.


VENETIIS, Apud Damianum Zenarium.
M D X C V.



ILLVSTRISSIMO ET REVERENDISS.^MO D. ANGELO CAESIO EPISCOPO TVDERTINO, Ac Re. Cameræ Apoſtolicæ Clerico.

D. Vincentius Carocius I. V. D. Tudertinus.





NTIQVISSIMIS litterarum traditum eſt monumentis, recentiorumque probata ſcriptorum auctoritas comprobauit, modum aliquem adhibendum in rebus agendis, & non omnia cum omnibus promiſcue agenda; ſi enim apud Reges, & præſides in ſummo rerum negotiorumque faſtigio conſtitutos de nugacibus pue-

rorum litibus, apud egregios milites in feruenti bellorum turbine versantes de vanißimis somniorum colloquiis, & denique apud Ecclesiæ Sanctæ Antistites pacifica, & quieta vita fruentes, de strepitosis litibus agamus importunitatis proculdubio nota apud omnes afficiemur, quippe qui hominum temporis ac loci opportunitate vti ignorauerimus. Cum igitur tractatum hunc de Iuramento Litis Decisorio typis excudendum tradere, &, vt moris est, sub præclarißimi alicuius viri tutela commendare desiderarem, non virorum viribus, sed potius Angeli custodiæ committendum duxi; vt merito libellius iste meus Apostoli verba sibi arrogare præsumat. Si Angelus pro nobis quis contra nos. Hilari igitur vultu ouis tibi commissæ fructum qualemcunque accipias; vt maiora in posterum te annuente audeam attentare; cui autem conuenientius opus hoc de iuramento litis decisorio litibus aditum prohibente inscribendum, quàm Illustrißimæ Dominationi tuæ, qui (inter cæteras virtutes, quibus tanquam Sol inter minuta sydera splendes) commißi tibi gregis quietem & pacem ita seruare curas, vt non immerito Ciuitas nostra Tudertina Angelum, non hominem tanquam Episcopum sibi à diuina prouidentia præpositum iactare præsumat: Quis enim præclaras animi, corporisque dotes, quibus polles enumeret? Vitæ integritatem dicat

voce

voce publica tota Ciuitas, cui te tanquàm vitiorum omnium expertem, omniumque virtutum specimen, omni tempore præbuisti: pietatem, & charitatem dicant pauperes omnes, & præcipue Monasteria, tam virorum quàm mulierum, quibus alendis paternam pietatem ostendis. Magnificentiam dicant Romana, & Tudertina ædificia publica, & priuata: Ecclesiastica & temporalia tam egregiis sumptibus à te constructa, vt animum Regium & Regias diuitias præse ferant; At si vniuersas animi virtutes enumerare conarer vastißimum Oceanum in angustißimo vasculo includi posse sentire viderer. Quid autem dicam de tam egregia corporis magnitudine, venustate, & pulchritudine? nunquid ab re? absit. Quemadmodum enim Saul ille primus Hæbreorum Rex à Deo electus ab humero, & sursum, scriptura attestante vniuersum populum excedebat, vt corporis magnitudo magni animi virtutem omniumque rerum excellentiam præseferret: ita Regius iste aspectus tuus ad altiora te procul dubio venturum esse prædicit; quod Deus Optimus Maximus quàm citißime efficere dignetur, vt virtutes, quibus Ciuitas nostra Tudertina præcipue fruitur, toto orbe terrarum fœlicißimo auspicio communicari poßint, Vale.

INDEX ALPHABETICVS COPIOSISSIMVS IN TRACTATVM De Iuramento Litis Decisorio.



A



Actum

mittitur

F

In-

L. Ad

L

M

Pupil-


Sen-

Ter-

FINIS.



TRACTATVS DO. VINCENTII CAROCII, I.C. DE IVRAMENTO LITIS DECISIVO.



QVAESTIO PRIMA PRINCIPALIS.

SVMMARIVM.

1 *Iuramento litis decisorio, an sit locus, etiam si Actor nihil probauerit: Vbi quæstio disputatur ad partes.*
2 *Iuramentum suppletorium requirit saltem semiplenam probationem.*
3 *Iuramentum litis decisorium defertur in principio litis.*
4 *Iuramentum litis decisorium defertur fideicommissario, sine vlla scriptura, uel probatione.*
5 *Iuramento litis decisorio est locus, si Actor nihil probauerit, sed pro eo sit aliqua præsumptio.*
6 *Actor à principio assumens viam probatoriam, non potest deferre iuramentum litis decisorium.*
7 *Actor potest deferre iuramentum litis decisorium fauore vltimæ volun-*

 tatis,


tatis, etiam si nihil probauerit.

8 *Intellectus ad l. fina. C. de fideicom. & §. fina. de fideicommissarijs hæreditatibus. Instit.*

9 *Practica l. fin. C. de fideicom.*

10 *Hæres petendo reuocationem præcepti, negando narrata, prout narrantur, sibi non præiudicat.*

11 *Reus cogitur iurare, etiam Actore nihil probante, in feudis.*

1 VTILE est † dubium, & disputabilis est Quæstio, si Ias. credimus, & dubia est Doctorum disputatio, vt Iacob. Menoch. verbis in hoc proposito vtar; An sit locus Iuramento litis decisiuo, etiam si Actor iuramentum offerens nihil penitùs probauerit. In quo articulo in hac materia principali, duæ fuerũt scribentium opiniones, & sententiæ: Prima fuit affirmatiua, scilicet esse locũ huic iuramẽto litis decisiuo, etiam si Actor nihil penitus probauerit, ita, vt sit in mera potestate Actoris petere, & postea, si aliter probare non potest, iuramentum offerre.

Et hãc opinionẽ tenuit Iaco. de Arcua. in l. in Bonæ fidei. C. de reb. credit. Castrens. in l. iusiurandum, & ad pecunias, §. ait Prætor, sub nu. 3. ff. de iur. iuran. dicens, quòd Doctores malè declarant istum passum. Idem in l. admonendi, nu. 34. ff. eod. titu. in l. fina. nu. 2. C. de fideicommiss. Alex. in l. manifestę. nume. 5. & ita in pluribus ciuitatibus practicatum testatur Alberic. in l. admonendi, colum. 2. in vltima oppo. ff. de iureiũr. licèt in eademmet lege. col. penult. ver. item quæro, an nulla facto, aliter sentire videatur. Ias. in d. l. manifestæ, col. 2. versi. tamen ista secunda opinio, &c. & secundum hanc pluries obtentum, & iudicatum testatur Thom. Di. in addit. ad Alexan. ad d. l. manifestæ, litera B. in verbo, Referre, allegat Maria. Soci. consi. 174. volu. 1. & hanc opinionem dicit tutiorem, æquiorem, & in practica seruari, Purpurat. d. l. manifestæ, colum. 1. quæst. 2. & magis communem Crauet. consi. 207. sub nu. 4. Ias. in Repetit. d. l. admonendi, nume. 73. vbi Rip. nu. 65. dicit in practica passim teneri, & secundum eam pluries iudicatum, & contrariam opinionem radice carere, Pedem. in princ. par. 2.

2 Pro † qua opinione Paul. Castren. in l. iusiurandum, & ad pecunias, §. ait prætor, nume. 2. de iur. iurand. mouetur hac ratione, quia, licet in iuramento suppletorio requiratur saltem semiplena probatio, tamen in iuramento, quod defertur à parte parti, non reperitur iure cautum: merito, &c.

Et si dicatur, videtur fieri iniuria Reo, vt absque alio iuret, respondet

det cum I. C. in d.l. iusiurandum, in princ. in verbo iniuria, quod talis iniuria de facili per reum remittitur, vel soluendo, vel referendo.

Et in hoc proposito videtur considerandum, quod erit quidam Actor apparenter fortasse bonus, qui probationibus omnino carens, petet aliquid ab aliquo sub spe relationis iuramenti, Reus conuentus, nolens iurare, refert: Actor iurat, & fortasse in veritate indebitum, videtur fieri iniuria Reo, nullis penitus apparentibus probationibus per simplex iuramentum Actoris, condemnari, vel soluere. Vnde hæc prima ratio videtur aliquantulum claudicare: esto quòd nec etiam est formalis in re, si rectè consideretur.

3 Secundò† pro hac parte allegat Alberic. textum in l. generaliter, in princ. ver. omne igitur. C. de iur. iuran. vbi tale iuramentum defertur in principio litis, & sic nulla facta probatione. Et ita tenet Alberic. in l. in bonæ fidei, colum. 2. ver. item quæro, C. eod. in l. admonendi, in vltima oppos. ff. eod.

4 Tertiò† pro hac parte facit text. in l. fina. C. de fideicommiss. Vbi sine vlla scriptura, vel probatione aliqua defertur fideicommissario iuramentum litis decisiuum. De quo contextu, & eius materia plenius inferius dicemus.

Contrariam itaque sententiam tenuerunt multi inferius relati, vt si Actor nihil penitus probauerit, non sit locus isti in iuramento litis decisiuo, sed Reus omnino sit absoluendus, & ita tenuit Speculat. in titu. de iuramen. delat. nume. 4. Bald. in l. 2. de iur. iuran. Abb. in cap. vlt. in princ. nume. 6. & in §. 1. de iur. iurand. nume. 1. Castren. in l. fin. nume. 1. C. de fideicom. Caccialup. d. l. manifestæ turpitudinis, Socin. sen. consi. 184. lib. 2. vbi ait idem sensisse Ioan. And. & Franc. de Albergat. Marsil. in l. de minore, § tormenta, nume. 4. ff. de quæstio. & singula. 83. Ioan. de Selua in tract. de iur. iurand. part. 3. q. 2. Natta con- * sil. 31. nume. 3. lib. 1. & hanc dicit magis communem Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 81. & obseruatam in curia Burdegalens. Boer. q. 95. nume. 6. Riminal. Instit. quibus alien. licet, vel non, §. 1. num. 189. Paris. consi. 153. nu. 3. lib. 4. Hercul. quis teneat probat. negatiu. nume. 200. & meliùs 204. vbi de veriori.

Fundatur autem principaliter ista opinio in cap. fina. §. fina. de iur. iurand. vbi textus magistraliter distinguendo dicit, aut Actor nihil omnino probauerit, & Reus absolui debet: aut pro eo est aliqua præsumptio, & defertur iuramentum, vel refertur arbitrio Iudicis, inspectis personarum, & causæ circunstantijs.

5 Limitatur† igitur hæc secunda magis communiter recepta opinio, vt licet Actor nihil probauerit, si tamen pro eo sit aliqua præsumptio sufficit ad deferendum iuramentum litis decisiuum. Speculat. in tit. de iuram. delat. num. 4. ver. si Actor, ibi, nisi aliquid probatum, uel præ

ſumptum. Clarius Abb.in d.§.fina.nume.8.Socin.ſen. conſi. 184. colum. 1.lib. 2.Ioan.de Selua in tract.de iur.iurand. part.3.q.2. nu. 3. & 4.Marſil.ſingul.83. Menoch. de præſump.lib. 1. q.81.nume.34. vltrà quem Soci.latè regul.235.aliàs 255. iuramentũ. in prima limitatione.

6 Limitatur † ſecundo loco principaliter, hocmodo diſtinguendo, aut in principio fuit inſtatum cauſam decidi per iuramentum,& nulla requiritur probatio ad ipſum deferendum , & ſic procedat prima opinio Paul. Caſtrenſ.& ſequacium,aut Actor à principio aſſumpſit viam probatoriam,& tunc non poteſt recurrere ad iuramentum, & hanc conciliationem ſentit Dec.in cap.ſicut.num.21.cum ſeq.de probat.per totum illum diſcurſum . Ripa conciliando opiniones, ad l. admonendi,ſub nume. 65. vbi Lanfranc.in repet. hoc valdè commendat ſub nume.22.Cardi.in cap.fin.de iur.iurand.colum.2. Riminald. ad §.j.nume.189.Inſtit.quibus alien.lic.vbi pariter cõmendat.

Vnde cautus debet eſſe Actor,non eſſe curſiuus ad petendum terminum probatorium,quia ſi nihil probauerit, non poterit poſteà recurrere ad iuramentum litis deciſiuum.

Et hoc modo conciliantur multa iura, quæ repugnare videntur.

7 Limitatur † tertio loco principaliter fauore vltimæ voluntatis, iuxta diſpoſitionem l. fina.C.de fideicom. & §. fina. Inſtit. de fideicommiſſ. hæreditat.

8 Qui † contextus ſecundum communem intellectum,procedit duobus principaliter concurrentibus,ſcilicet quòd teſtator noluerit ſolemniter teſtari,& reliquit in fide hæredis fideicommiſſum ; quo caſu hæres cogitur iurare , an teſtator reliquerit,& ſi recuſauerit iurare,habetur pro condemnato,& cogitur ſoluere, nec poterit poſtea opponere,quòd voluntas teſtatoris non fuerit ſolemnis,& hic eſt communis intellectus ad illum textum,prout ibi Iaſ. atteſtatur, ſub nume. 13. Aret.in d.§ fina.propè principium, Didac.in cap.indicante, nu. 1. de teſtamen.vbi frequentiſsimo omniũ calculo ait id receptum: Vaſqui. de ſucceſſ. Creat. §.23. nume.5. Mant. lib.1.titu.13. nume.4. Mich. Craſſ.§.teſtamentum,q.55.nu.22.

9 Practica † igitur eſt,quòd fideicommiſſarius deferat hæredi iuramẽtum,ſi teſtator in fide ſua poſuit, quòd daret ſibi tantum,nolens ſolemniter teſtari. Si quidem hæres iurauerit , erit ſecurus, ſed ſi recuſauerit,aget condictione,ex d.l.fin.nec poterit poſtea Hæres allegare,quod noluit ſolemniter teſtari ; & ita practicari docet Bart. in d.l.fin. col.2. ſub nume.2. ver.alij non exigunt, &c.

Vnde cauendum eſt in actu practico, cum defertur iuramentum, non negare abſolutè, ſed dicere, Tibi ius non competit. & licet exceptio ſit implicita, tamen Reus non tenetur eam declarare, quia nõ cogitur ſe reſtringere,vt l. nemo ex his.ff.de reg.iur.ita Bal. monet in d.

l.fin.

l.fin.quem ſequitur Angel.Aret.in d.§.fina.

10 Et negando † narrata, prout narrantur, hæres ſibi non præiudicat. Bald.in l.electio,§.neque.ff.de noxal.actio. Alex.in l.etiam,§.licet, colum.3.ff.ſolut.matrimo.Marſil.ſingu.242. & in rub.de fideiuſſ. q. 40. Feli.in cap. 1.col.1.pen. de lit.conteſt.Iaſ.in §.omnium, nume. 98. de actio.Trigo.ſing.75. Hip.in cap.per veſtras,§.15.nu.15. de donatio. inter virum & vxor. Pariſ. conſi. 100.col.1.vol.3. Alex.conſi.37.colum.3.ver.& licet,vol.2.Ant.Gabr.de acq.poſſeſſ.concl.5.nu.28.

Cui addo Bart.hoc valdè commendantem in l. ſi dubitatur, §.1.ff. de fideiuſſ. vbi Alexan.in additio.dicit,quòd Ioan.de Imol. fuit multum lucratus ex hoc dicto. Papien.in forma reſponſio.rei conuent. in verbo, narrata,vbi dicit, quòd eſt communis,& vulgaris regula, quã pedagogi facere ſciuerunt,& hæc eſt communis opinio,Mich. Graſſ. lib.2.commu.opin.cap.15.q.3.Burſat.conſi.49.nu.18.

Poſſet etiam alio modo reſponderi,quòd in d.l.fina.& in d.§. fina. non ſumus in iuramento,de quo in l.manifeſtæ,quia per hæredem referri non poteſt, vt ſentit glo.in d.l.fi,licet ibi Salicet.contrarium ſentiat,& Aret.in d.§.fina.

11 Limitatur † quarto in feudis,in quibus ſpeciale eſt,vt etiam Actore nihil probante,Reus cogitur iurare, ſcilicet quando vaſſallus eſſet in poſſeſsione feudi,& Dominus directus negaret eum, vel prædeceſſores ſuos vnquàm fuiſſe inueſtitos. Certè, licet vaſſallus ſit in poſſeſsione feudi,& contra eum nihil omnino probetur,tamen cogitur iurare, cap.1.ſi de feud. inter Dominum, & vaſſallum lis oriatur, per quem textum,& alia ſimilia iura,ita tenet Iaſ.in repet.l.admonendi, ſub nume.73.de iur.iurand.

Limitatur quinto in caſu,l. tutor,in princ.ff.de iur. iurand. vel ibi ideo ob fauorem pupilli, prout multi tenent,vel quia ab initio elegit viam iuramenti,iuxta ea,quæ ſuperius diximus. De hoc contextu ponam latè inferius.

QVAESTIO SECVNDA Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Iuramento litis deciſorio non eſt locus, quando Actor fecit examinare teſtes ſuos, & Reus volens probare contrarium, Actor dicit non eſſe examinandos teſtes, ſed offerat, vt Reus iuret, vel referat.*

2 *Iuramentum deciſiuum non offertur, niſi ab eo, qui aliquid probauit.*

3 *Iuramentum litis deciſiuum non eſt deferendum ratione incõpatibilitatis.*

4 *Iura-*

4 *Iuramentum decisiuum non defertur, quando probationi præclusa est via.*
5 *Iuramentum decisiuum non defertur, quando non seruatur æqualitas.*
6 *Iuramentum decisiuum est deferendum in termino dato ad probandum per omne genus probationis.*
7 *Iuramentum recusare licet, quando ex præsenti statu sit timor periurij.*

1 VAERO,† connectendo cum præcedentibus: Actor fecit examinare testes suos, & probauit intentionem suam, deinde, cum Reus vellet contrarium probare, Actor forte dubitas probationes suas subuerti posse, dicat; peto capitula aduersarij mei reijci, & in breuiori via causa expediatur, offero iuramentum, vt iuret, vel referat: Reus excipit, non teneor iurare, quia fortè posset per testes Actoris detegi periurium meum, sed petò recipi testes meos, quæritur, quid iuris.

Pro Actore dicebatur esse iurandum, ex Decisio. Bocr. 95. nu. 6.

Secundò adducebatur ratio, quam in his terminis Crauett. adducit, consi. 207. nume. 4. ver. secundo posset.

2 Tertiò,† quia multi Doctores volũt, quòd tale iuramentũ non offeratur, nisi ab eo, qui aliquid probauit: ergo ista probatio iuuat oblationem. Specu. in titu. de iura. oblat. num. 8. vbi iuramentum debet ei, qui melius probat deferri.

3 Pro† Reo adducitur ratio incompatibilitatis, quam allegat Crauet. consi. 207. nume. 3. nam si testes Actoris probant, & iuramentum Rei probat contrarium, necesse est iudicare, aut contra testes, aut contra iuramentum.

Secundo loco pro Reo facit timor periurij detegendi, præsertim, cum tale periurium detegi posit ex præsenti statu, cum testes Actoris iam sint examinati, quo casu militat ratio periurij, vt per Purpurat. in d. l. manifestæ, nume. 26. versi. nona causa, ibi, & ex earum dictis. Sed huic argumento rectè respondet Crauet. in allegato consi.

4 Tertiò† allegatur l. contractus. §. illo, C. de non nume. pecun. vbi iuramentum non defertur, quando probationi præclusa est via.

5 Quartò,† ratio æqualitatis seruandæ: nam si Actori data est facultas examinandi testes super capitulis ab eo productis, quare hoc reo denegari debet, præsertim gratia honoris sui?

6 Quintò, †quia, cum Actor sit admissus ad probandum per omne genus, si non obtulit iuramentũ intra tempus, sibi imputet. Ias. in d. l. admonendi, nu. 319. Verùm hæc ratio parum facit, per ea, quæ dicit Cagnol. in d. l. 2. nume. 264.

Multorum fuit opinio, vt Iudex, cui omnia patent, testes Actoris inspiciat, & aut probant, aut non: Primo casu non sit iurandum, ne

periu-


periurium detegatur: secundo casu sit locus iuramento. Pedemont. attestans pluries ita iudicatum, Decis. 93. part. 2. & est æqua, & rationabilis opinio, licet aliàs in Senatu eodem fuerit resolutum non esse Reum cogendum ad iurandum ratione timoris periurij detegendi, quando præsens status id indicare posset, vt per Cacheran. Decis. 11. sed tutior mihi videtur prima opinio.

7 Ex† quo discursu colligitur, quòd licet iuramẽtum recusare, quãdo ex præsenti statu sit timor periurij.

QVAESTIO TERTIA Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Libellus requiritur in delatione iuramenti litis Decisorij.*

1 

VAERO, † an in delatione huiusmodi iuramenti requiratur porrectio libelli. Practica est ista: Actor petit cẽtum à Reo, curauit ipsum citari corã Iudice, & dicat, volo stare iuramẽto Rei: Reus dicat, offeras primò libellum, postea respõdebo. dicit Actor, nolo offerre libellum, quia noló litigare, volo, vt de præsenti decidatur quæstio, vel iures, vel referas. Alberic. post Oldrad. ab eo relatum, mouet hanc quæstionem in l. iusiurandum, & ad pecunias. §. ait Prætor, in fi. ff. de iur. iuran. & determinat requiri libellum, qui in omni casu requiri videtur. Authen. offeratur. C. de litis contesta. quod durum visum fuit Ias. in repe. d. l. admonendi. nu. 74. de iur. iuran. quia si Reus dubitat, potest petere terminum ad deliberandum quid postea iurare debeat, per d. l. iusiurandũ, & ad pecunias, in fine principij. Idem Ias. in l. manifestæ, in vlt. causa de iur. iuran.

Si præsens quæstio ad practicam reducatur, raro, vel nunquam dabitur casus sine qualiquali comparitione, vel petitione in termino petitionis.

QVAESTIO QVARTA Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Citatiò requiritur in delatione iuramenti iudicialis.*

2 *Citatio non requiritur in delatione iuramenti decisorij extraiudicialis.*

QVAE-

1 QVAERO, † an in delatione huiusmodi iuramenti, requiratur partis citatio. Duo sunt casus principales: Primus est in iuramento iudiciali, & tunc sine dubio requiritur partis citatio, prout in testibus, suppletorio, & similibus, l. si quando, C. de testibus, Bal. in cap. 1. nu. 8. de contr. inuestit. Ias. ex communi in repet. l. admonendi, sub nu. 328. col. fina. in princ. de iur. iuran. & sic passim practicatur.

2 Secundus † casus principalis est in iuramento extraiudiciali, vel ex voluntate partium, vel ex forma statuti de stando dicto alicuius, & tunc non requiritur citatio partis vel præsentia, Rot. 219. in fine, in nou. Itè Alex. consi. 130. lib. 1.

Declara, nisi requiratur aliqua causæ cognitio, Pedemont. 68. in fine, part. 2. & in hoc aduertendum.

QVAESTIO QVINTA Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum litis decisorium deferri potest omni tempore, tàm antè litem contestatam, quàm post: tàm antè conclusionem in causa, quàm post.*
2 *Iurare post appellationem interpositam non est innouare, nec attentare.*
3 *Faciens actum consecutiuum ad actum gestum ante appellationem, non dicitur attentare.*
4 *Iuramentum litis decisorium potest præstari in Ecclesia à muliere, si alius honestus locus non repertatur.*

1 QVAERO † quinto loco, quo tempore deferri possit iuramentum litis decisorium: & vtique omni tempore, siue ante litem contestatam, siue post: siue ante sententiam, siue post, etiam post conclusum in causa, uel publicato processu. Bald. in Authen. sed nouo iure, colum. fin. C. si cert. pet. Marti. de probat. nu. 75. sing. 110. Capic. decis. 15. Purpur. ad l. manifestæ, nume. 22. de iur. iuran. Pedem. 10. sub nume. 2. Crauet. consi. 207. vbi pulchre loquitur. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsum. 47, nume. 6. etiam appellatione interposita, dummodo incontinenti post. l. generaliter, & ibi Cin. & Bart. in §. omne igitur. C. de reb. cred.
2 Et † sic iurare post appellationem interpositam non est innouare,
3 nec attentare, & facit ratio, quia faciens † actum consecutiuum ad actum gestum ante appellationem, non dicitur attentare. Franch. in

cap.

cap.Bonæ.q.13.cap.12.limit.40 de attent.appellat.pend.

4 Quid † de loco? vtiquè & in Ecclesia: puta, si sit mulier, & alius honestus locus nō reperiatur Bal. in l.generaliter.§.his de pręsentibus. in fine.C.de iur.iur.& ita in multis locis seruatur. Vide infra quęst.3.q.

QVAESTIO SEXTA Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Iuramento oblato est iurandum in continenti, nec potest peti terminus ad deliberandum.*

2 *Iuramentum offerens potest facere gratiam iurare debenti ad deliberandū.*

3 *Iuramentum potest deferri ex interuallo, instante illo, qui offert.*

4 *Iuramento oblato, & acceptato, potest ille, qui iurare debet, petere terminum ad deliberandum.*

5 *Cautela pro eo, qui iurare debet, & non vult iurare in continenti.*

1 QVAERO, † an, oblato iuramento, sit iurandum incontinenti, vel posit peti terminus ad deliberandum? Et videbatur incontinenti, l.non erit, in fine.ff. de iur.iurand. Et vtiquè id pro regula traditum videtur, vt in continenti iuretur, d.l.non erit, in fi.

2 Limita † hanc conclusionem, nisi, in continenti iurare volenti pars offerens indulserit, & gratiam fecerit, quia fortè perpendebat, quod si ille iurasset in continenti, prout tenebatur, iurasset falsum, & sic offerens fuisset eo casu author periurij: tunc enim, si ex interuallo iuretur, auditur.l.remittit.in princip.ff.eod.ibi gratiam fecerit. Non igitur debemus esse adeò proni ad proprium commodum, & interesse, vt si videmus aduersarium de facili peierantem, quod hoc pati debeamus: & si Iura ciuilia antiquorum Iurisconsultorum hoc considerant, multò magis viri religiosi, & Christiani hoc facere debent, quòd vtinam verum esset.

3 Limitatur † secundo, nisi ad instantiam illius, qui iuramentum detulit, ex interuallo iuretur: tunc enim ratione nouæ voluntatis admittitur ad iurandum: Vnde dum dicitur, quòd non potest iurari ex interuallo, intelligitur inuito offerente: secus ergo eo volente, & instante. Vnde, si nondum acceptaui delationem, & diuerto ad extraneos actus, & posteà volo iurare vtiquè volente deferente, possum; aliàs, nō. Glos.notabilis in l.remittit, in verbo, si postea.ff.de iur.iurand.

4 Limitatur † tertiò post acceptationem, post quam possum petere

5 terminum ad deliberandum quid iurare debeam, Iaſ. in l. iuſiurandū, & ad pecunias, in princ. poſt Bart. ibi. ff. de iur. iur. vbi Alberic. dicit ita vidiſſe pluries in palatijs practicari.

Vnde † dat pro cautela Aduocato Paul. Caſtrenſ. in d. l. non erit. §. final. in fine, vt quando dubitat quid habeat iurare ſuus clientulus, qđ ab initio non petat terminum ad deliberandum, vtrum velit acceptare, quia hic ſibi non dabitur, ſed acceptet, & poſteà petet terminum ad deliberandum. commendat Iaſ. in §. Actiones. nu. 32. de action.

Meliùs iudicio meo ſentit Caſtrenſ. in d. l. iuſiurandum, & ad pecunias. in fine principij, vt in ipſa oblatione iuramenti peti poſsit terminus ad deliberandum, an velit acceptare iuramentū oblatum, vel non. Si enim non ſum certus quid habeam iurare, fatuum eſt, iuramētum, & ipſius oblationem acceptare: & hæc opinio eſt tutior, & æquior, nec video quid repugnet huic intellectui, ſi bene conſideres.

QVAESTIO SEPTIMA Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum litis deciſiuum operatur effectum, vt conſtituat aduerſarium in teſtem, & Iudicem.*
2 *Teſtimonium viliſſimi repellitur.*
3 *Iuramentum præſtitum à perſona vili, & infami, repelli non poteſt.*
4 *Teſtis electus à partibus, vt deponat quod ſibi videtur, probat, etiam ſine iuramento.*

1 QVAERO, † quid faciat deferens iuramētum litis deciſiuum. Vtiquè conſtituit aduerſarium in teſtem, & iudicem, vt dicunt Caſtrenſ. & Iaſ. in Rubric. ff. de iur. iurand. per textum in l. fin. C. de fideicommiſſ.

2 Sed † hic quæro, pone, quòd illè, cui delatum eſt iuramentum, ſit perſona vilis, & infamis, & iuret, an potero reprobare? Videbatur, quòd ſic, quia viliſsmi repelluntur à teſtimonio. cap. 2. de teſtib. Can. in primis. §. teſtes. 2. q. 1. §. ſancimus, Authen. de teſtibus. Collat. 7.

3 Contrarium † credo veriùs, quia teſtis vilis, & infamis, parte acceptante, probat, & repelli non poteſt, Gloſ. ſingularis ab omnibus commēdata, in §. & licet, in verbo, ſupplicijs, Authen. de teſt. quam ſingularem dixit Bal. in cap. in nomine Domini, nu. 3. de teſt. Campegg. de teſt. concluſio. 193. limitat. 2. Rebuff. de teſti. & reprobat. ipſ. fol. 569.

Vnde

Vnde si per delationem iuramenti accepto aduersarium in testem, merito ipsius iurantis dictum, etiam hominis infamis, & vilissimi reprobare non potero.

Cauendum igitur est, antequàm offeratur, & considerare personam cui offertur &c.

4 Facit, quod si testis electus à partibus est, vt deponat quod sibi videretur, quia sine iuramento auditur, Bart. in l. Theopompus, num. 9. de dot. prælegat. quem commendat Roman. cons. 20. nu. 6. Rebuff. de reprobat. testi. num. 309.

QVAEST. SECVNDA VII. QVAEST. Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Personæ vilissimæ, & infami non creditur, asserenti, quòd aduersarius dixit velle stare iuramento ipsius.*

1 
ED. † numquid stabitur dicto, & assertioni personæ vilissimæ, & infamis, quod aduersarius vult stare iuramento ipsius? Videbatur, quod sic, ex quo est aporobatus. Contrarium est veriùs, vnde, vel hoc probari, & constare debet, vel per instrumentum, aut acta notarij, vel per attestationes duorum testium fide dignorum. Ita colligitur ex Bal. in cap. in nomine Domini, nume. 4. de testibus.

Non igitur est bona illatio, Remisit iuramentum, ergo de remissione vult stare dicto ipsius, & sic persona aliàs in fide suspecta, non est idoneus testis de remissione in ipsum facta.

Practicando, remissio in testem, vel aduersarium constare debet, vel per instrumentum, vel per duos testes fide dignos.

QVAEST. TERTIA. VII. QVAEST. Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Nemo præsumitur immemor salutis æternæ.*
2 *Anima omnibus rebus preferenda.*

3 *Nemo præsumitur velle nocere proximo suo.*
4 *Præsumitur, quòd quis se voluerit obligare quanto minus sit possibile.*
5 *De inimico præsumendum est omne malum.*
6 *Damnum in dubio præsumitur illatum ab inimico.*
7 *Iuramentum in criminalibus non est deferendum.*
8 *Inimici facilè mentiuntur.*
9 *Inimici qualitates, & circunstantiæ quæ sint.*
10 *Iuramentum non est deferendum ei, qui post oblationē efficiatur inimicus.*
11 *Donatio inter viuos reuocatur per superuenientem inimicitiam.*
12 *Etiam inter vxorem & uirum.*
13 *Etiam in quolibet actu liberali.*
14 *Legatum reuocatur per superuenientem inimicitiam.*
15 *Inimicitia repellit testem, & iudicem.*
16 *Etiam ex dispensatione principis inimico non creditur.*
17 *Inimico adhuc non patefacto, sed incognito, non creditur.*
18 *Etiam si super interrogatorijs asserat non esse inimicum.*



QVID, si superueniat noua caussa, post oblationem iuramenti; puta, offero tibi iuramentum litis decisorium: tu acceptas, & antequàm iures, oritur infeliciter inter te, & me inimicitia: numquid licebit recedere ab hac iuramenti delatione tibi facta?

1 Videbatur † dicendum, quòd non; quia nemo præsumitur immemor salutis æternæ, l. final. quæ propriè loquitur in iuramento. C. ad l. Iul. de ambit. ad quam latè Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 60. Vndè, licet inimicitiæ superuenerint post oblationem iuramenti, tamen non est præsumendum, quòd sit peieraturus in præ-
2 iudicium animæ suæ, quæ † omnibus rebus est anteponenda, l. sancimus. C. de episc. & cler. Quid enim prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur? aut quam dabit commutationē pro anima sua? inquit pater veritatis in Euangelio.
3 Secundo facit, † quia nemo præsumitur velle nocere proximo suo, quem diligere tenetur, sicut seipsum. Luc. cap. 10. ita Bal. argumentatur consi. 41. lib. 5. Socin. sen. consi. 43. lib. 3. Gozad. consi. 89. in fine. Bello. cons. 63. num. 12. Crauett. consi. 8. nu. 8. Mascard. conclus. 898. num. 4. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 43. in princip.
4 Pro contraria parte facit, † quia præsumitur, quòd quis voluerit se minus obligare, quàm sit possibile. l. si stipulatus fuerim decē, de verb. oblig. l. Sempronius Proculo. ff. de legat. 2. Bar. q. 10. num. 7. Castrens. consi. 416. vol. 2. Socin. consi. 277. nu. 11. vol. 2. Crauett. cons. 276. col. 3. vers. 4. rñdeo Natt. in Clemen. sæpè, §. final. col. 4. de verb. sign. Riminal. ad titul. de donat. in princ. nu. 544. latè Serafin. de iura. priuil. 147.

Secun-

5 Secundo † pro hac opinione facit, quia de inimico præsumendum est omne malum. cap. repellatur, de accus. per quem textum dicebat pulchrè Speculat. in titul. de presumpt. §. 1. circa medium, col. 3. Quòd
6 † si alicui est illatum damnũ, nec scitur à quo, præsumitur ab inimico. Commendat pro notabili Roma. consi. 7. vbi allegat l. 1. §. quod quis, & quod not. Bart. in l. final. ff. de quæstio. Dec. consi. 64. nu. 6. Crauett. consi. 35. nu. 3. Menoc. de præsumptio. lib. 6. præsumpt. 29. nume. 26.
7 Ex † qua ratione multi Doctores tenuerunt inimico Iuramentum in criminalibus non esse deferendum, quia ratione inimicitiæ de facili pe ierabit. Serafin. de iuram. priuil. 33. nu. 108.
8 Et † hæc opinio videtur verior, quia inimici facilè mentiuntur, l. 1.
9 §. prætereà. ff. de quæstio. Et † in corde suo insidiatur inimicus, vt subuertat te in foueam, in oculis suis lacrimatur, & si inuenerit tempus, nõ
10 saturabitur sanguine: & † si incurrerint tibi mala, inuenies illic eum priorem, sed, quasi adiuuans, suffodiet plantas tuas. Ecclesiastic. ca. 12. Et quando submiserit vocem suam, ne credideris ei, quoniam septem nequitiæ sunt in corde ipsius, etiam quia irati nocere cupiunt, & læsi se vlcisci. Prouerb. cap. 26. Cano. Accusatoribus. 3. q. 5.
11 Hinc † est ꝙ donatio etiam inter viuos per superuenientẽ postea inimicitiam reuocatur. Alex. Ias. & Alciat. in l. non omnis. ff. si cer. pet. Et licet ibi Dec. dissentiat, hæc est verior opinio, vt sentit Riminald. ad titul. de donat. in princ. num. 1070.
12 Quæ † conclusio vera est, etiam in donatione inter virum, & vxorem, l. cum hic status. §. quod si diuortiũ. ff. de dona. inter virũ, & vxor.
13 Et † in quolibet actu liberali: tenuit Roman. consi. 459. nu. 3. Menoc. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 38. nu. 19.
14 Pariter † legatum per superuenientem inimicitiam censetur licitè reuocatum, l. 3. §. final. ff. de adimend. legat. l. si inimicitiæ. ff. de his, quibus vt indignis: latè Mascard. conclus. 900. nu. 1. Petr. Pechi. de testament. cõiug. lib. 1. c. 19. in fi. Menoc. de præsumpt. lib. 5. præsump. 170.
15 Et † inimicitia repellit testem, & iudicem, l. 3. & ibi Bart. Alex. & cæteri. ff. de testibus, l. 1. §. quæstionum. ff. de quæstio. Authen. si dicatur, in fine. C. de testi. Bar. in tracta. de testi. in verbo, Hermaphroditus, nu. 60. Butrigar. de testi. num. 15. Iacob. Egid. in eodem tractat. nume. 20. Angel. nu. 10. Vbi ampliat idem de inimico amici mei. Alberic. de malef. num. 4. cum seqq. Lanfranch. num. 84. latè Ia. Crot. num. 98. cum
* seq. Rebuff. de reprobat. testi. num. 238. Et hæc est communis opinio. Marsil. in l. 1. §. præterea, num. 1. ff. de quæstio. Ripa in cap. 1. nu. 14. de Iudic. Viui. lib. 2. opinio. 303. Iul. Clar. in §. final. q. 24. vers. Item quæro. Eman. in Thesaur. litera I. num. 68.
16 Quæ † conclusio adeò vera est, vltrà supranominatos latè materiam profitentes, vt nec princeps facere possit, vt inimici testimonium ad-

mittatur.

mittatur. Parif. consi. 2. nu. 64. lib. 4. ea ratione, quia iure gentium inimici testimonium repellitur.

17 Ampliatur † secundò notabiliter vltrà supranominatos, vt procedat etiam in inimico, cuius inimicitia non est publica, sed ignoratur. Casus est frequens, & quotidianus, ideò pono exemplum. Titius accusauit Sempronium de aliquo crimine, licet Sempronius nesciat se à Titio accusatum, tamen non poterit contrà eũ esse testis; vel pone, quod Titius adulterauit filiam, vel vxorem Caij, & Caius adhuc ignorat, tamen ignorantia non obstante, repellitur à testimonio: Et ratio est huius notabilis Decisionis, quia causa inimicitiæ est iam in esse deducta. Ita Bart. notabiliter in l. 1. in fine. ff. de his, quibus vt indign. Innoc. in cap. cum, I. & A. circa finem, de re iudicat. Bal. referens Innoc. in l. Præscriptione, col. penult. C. si contra ius, vel vtilit. public. in Authen. si dicatur, col. fina. C. de testi. Et in margarita, in verbo Testis, q. 153. Feli. post Abb. in cap. Repellantur. nu. 6. de accusat. Roman. in l. 1. § rescriptum, in princ. ff. ad Sillania. num. 3. & in rubr. de arbitr. col. 6. post nu. 28. vers. scias tamen. Alex. conf. 99. nu. 2. 5. lib. 1. Iaf. conf. 153. difficultas. col. 5. vol. 2. & conf. 167. col. penult. lib. 4. Commendat pro notabili, & singulari in practica Marsil. in l. 1. § prætereà. nu. 3. vers. Amplia etiam. ff. de quæstio. singula. 178. inferens ex hoc in practica, quòd hoc
18 procedit, etiam si super † interrogatorijs asserat se non esse inimicũ, nec odium habere cum tali, quia in isto casu sufficit causa iam in esse deducta, & occulta eo tempore, Rebuff. de reprobat. testium, nu. 252. Ampl. 4. Crot. nu. 110. Mascard. conclus. 899. num. 3. Grammat. ab eo non allegatus consil. 3. num. 15. Menoch. valdè commendans, de arbitr. Iud. q. 28. nu. 7. extensio. 2.

Parergon.

SEd pone hanc practicam antè modernos Iudices, qui, vti ignorantes allegabunt, quomodo iste est repellendus tanquam inimicus, si tempore depositionis causam ignorabat. Quomodo hoc potest esse verum, si medio iuramento examinatus, dixit non esse inimicum? hoc est vaticinari, non attendere veritatem facti, & maximè si excipiens habet iudicem suspectum. O bone Deus, quot mala ex imperitia, & proteruitate iudicum?

QVAESTIO IV. VII. QVAEST. *Principalis.*

SVMMARIVM.

1 *Assertio, vel inculpatio vulnerati existentis in articulo mortis, non est indi-*

indicium sufficiens ad condemnandum, licet cum iuramento.

2 *Item, nec ad torturam, nisi alia concurrant.*

3 *Adminicula autem quæ sint, ibi.*

4 *Iuramentum litis decisiuum deferri potest existenti in articulo mortis, & ei creditur.*

5 *Confitens in articulo mortis habuisse, & recepisse, non potest opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ.*



QVAERO vlteriùs vnum: Debitor meus erat in articulo mortis; comparui coram iudice, & dixi, transmitte notarium, quia volo stare iuramento ipsius; an, ex quo est in articulo mortis, sit ei credendum?

1 Videbatur, quòd non: quia assertio, vel inculpatio vulnerati existentis in articulo mortis non est indicium sufficiens ad con-
* demnandum, licet cum iuramento hoc dicat. Est communis opinio, de qua per Iul. Cla. §. fin. q. 21. uers. Assertio, ibi, Ad condẽnationẽ, &c.

2 Amplia, † vt nec sit sufficiens indicium ad torturam, nisi alia indicia concurrant, ex Glos. in l. Mater, C. de calumniat. cuius meminit idẽ professus, Blanc. de quæstio. nu. 390. Alex. consi. 13. vol. 3. Anan. in ca. exhibita, de homicid. Ias. in l. 1. col. 2. ff. de eo, per quem fact. fuerit, in l. de die. ff. qui satisd. cogantur, Plac. in Epitom. delict. lib. 10. ca. 13. sub num. 15. appellans post Glos. ab eo allegatam, hanc vulnerati assertio-
* nem vilem præsumptionem. Et hæc est communis opinio. Grammat. consi. 57. nume. 13. & 14. Cassa. consi. 58. post num. 28. Iul. Clar. in citato iam loco.

Addo Natt. consf. 354. vol. 2. August. de Ang. in verbo, Qui iudex, nu. 12. dicens hanc opinionem æquiorem. Bertand. Regul. 33. dicens ita passim seruari. Vulpell. respons. 30. num. 4.

3 Adminicula † autem sunt: offensus bonæ conditionis, & famæ: Iuramentum interpositum: perseuerantia in eadem assertione à die offensionis: & quòd Medico, & Confessori confirmauerit: persistentia in eodem dicto post sumptã sanctissimam Eucharistiam, & alia ex parte imputati, de quibus per Vulpell. respons. 72. tangit, licet sicco pede, Serafin. de iuramen. priuileg. 55. in fine, Mascard. conclusio. 144. item inimicitia præcedens: Vulpell. respons. 118. num. 16.

4 Vnde † cum in præsenti casu non agatur de tàm graui præiudicio, prout in tortura, & uita hominum, si existens in articulo mortis sit bonæ conditionis, eius dicto cum iuramento litis decisiuo standum putarem: affirmet, vel neget.

Et hanc conclusionem veram putarem, etiam si talis in mortis articulo constitutus esset inimicus iuramentum offerentis. Bal. qui verè in vsurario loquitur, consi. 162. col. 2. num. 4. vol. 2. quia non est præsumendum,

mendum, quòd in illo actu adeò tremendo, vbi agitur de periculo animæ, mentiatur ad inferos transiturus.

5 Vnde † dicebat egregiè Accurs. ad l. 1. in Glos. final. circa medium. C. de fals. caus. legat. adiect. quòd confitens in articulo mortis habuisse & recepisse, non pōt opponere exceptionē non numeratæ pecuniæ.

Contrarium sentit Bal in cap. 1. §. vassalli nostri, col. 2. num. 6. vers. extra quæro de ..... quòd notatu dignum ponit Marsil. in practica, §. præterea, num. 6. vers. Amplia etiam hunc textum, sequitur Mascar. conclus. 899. num. 4. vbi rationem reddit, quia tunc memoria, & intelligentia languescit, l. hac consultissima, §. At cum humana fragilitas, C. qui testam. facer. poss. isquè neq; viuus, neque mortuus sit, Glos. in cap. 1. in uerbo Feudum, in titul. Episc. vel Abb. in vsi. feud. in l. qui duos, ff. de manumiss testament.


Quæ ratio nimis vulgaris, & generalis uidetur adaptanda ad quemlibet in articulo mortis constitutum, ne ei credatur, contrà ea, quæ iuxtà communes traditiones superiùs diximus.

Et prædictis addo Rebuff. de reprobat. testi. num. 250.

QVAESTIO OCTAVA Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum litis decisiuum præstari debet super re de præsenti, uel de præterito.*



QVAERO, super quo tempore interponatur iuramentum litis decisiuum? Vtiquè pro tempore præterito, vel præsenti. Ita declarat Castrens. in rubric. de iur. iurand. nu. 3. vbi num. 1. dicentes in hoc differre à iuramento posito in iure Canonico, de aliquid faciendo, quod respicit tempus futurum.

1 Et † sic est vnū de requisitis ad iuramentum litis decisiuū, vt super re de preterito, vel præsenti interponat, & præstet, quod facilius est, & minus deceptoriū, quia preterita, vel pñsentia magis memoria tenemus.

QVAESTIO NONA Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum litis decisiuum est inuentum ad lites dirimendas.*

2 *Iura-*

2 *Iuramentum litis decisiuum appellatur maximum remedium.*
3 *Sententia debet ferri cum tela iudiciaria.*

1 QVAERO, ad † quid sit inuentum hoc iuramentum litis decisorium? Vtiquè ad lites dirimendas, vt habetur in l. 1. ff. de iur. iurand. Et ob id multa loca Italiæ, videntes hoc valdè proficuum ad dirimendas lites, cõfirmauerunt per eorum statuta; quod summoperè locis, & ciuitatibus commendat Papiens. in forma responsio. rei conuent. in verbo Iurisiurandi, num. 4.

2 Et appellatur † remedium maximum à Iurisconsulto in d. l. 1. quia transactio dirimit lites, l. fratris. C. de transact. sic sententia l. 1. ff. de re iudic. sed vna ex his pendet à partium sola volũtate, prout transactio, altera à mero iudicis officio: sed iuramentum litis decisoriũ vtrumq; complectitur, quia concurrit voluntas partium, deferendo, acceptando, vel referendo, & iudicis decretum. meritò igitur maximum remedium appellatur iuramentum litis decisorium.

3 Alia non † inferior potest assignari ratio, quia in sententia requiritur tela iudiciaria, l. prolatam, C. de sentent. & interloc. omn. iudic. in transactione requiritur aliquid datum. l. 1. ff. de transact. sed in iuramento litis decisorio neutrum ex his requiritur: merito a Iurisconsulto appellatur remedium maximum finiendarum litium. Serafi. de iurament. priuileg. 151. in fi.

Iuramentum ergo litis decisiuum est maximum, quia est fortificatum partium voluntate, iudicis decreto, calore iudicij, est celerrimæ expeditionis, & sine vlla expensa, vel traditione finitur. hinc procurator etiam cum libera, debitũ non liquidum remittere non poterit, quia de facili liquidari poterit per delationem iuramenti decisorij. Imol. in l. si duobus, col. 10. de duob. reis. Riminal. dicens hanc magis com-
* munem opinionem, ad §. 1. nu. 188. Instit. quib. alien. licet vel non.

QVAESTIO PRIMA IX. QVAEST. Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio iuramenti est exceptio litis finitæ, & impedit litis ingressum.*
2 *Exceptio iuramenti impedit compromissum.*
3 *Statutum de compromissis inter coniunctos, non habet locum in causis decisis per iuramentum decisiuum.*
4 *Limita, quando contineat causam fauorabilem.*

5 Etiam si statutum loqueretur per dictionem taxatiuam.
6 Etiam si statutum loqueretur, expressè prohibendo extensionem fieri.
7 Etiam si statutum loquatur per verba taxatiua geminata.
8 Iuramentum litis decisiuum impedit compromissum, etiam extraiudicialiter præstitum.
9 Intellectus ad capitulum Primum de litis contestat. lib. 6.
10 Iuramentum litis decisiuum præstari potest, etiam extrà iudicium, & operatur eundem effectum, prout iudiciale.
11 Exceptio iuramenti litis decisiui omissa, potest suppleri per iudicem.
12 Iudex non potest supplere in facto, sed in iure tantum, vbi declaratur multis modis.
13 Exceptio iuramenti litis decisiui potest opponi, etiam non petita absolutione à iuramento.
14 Exceptio iuramenti litis decisiui potest simul, & semel opponi cum exceptione pacti, & rei iudicatę.
15 Declaratur ibidem multis modis.
16 Exceptio iurisiurādi semel opposita, an iterum opponi possit, & quomodo.
17 Exceptio iurisiurandi litis decisiui requirens altiorem indaginem, an opponi possit ad impediendum litis ingressum
18 Exceptio iurisiurandi iuris dubij, & perplexi, opponi non potest ad impediendum litis ingressum.
19 Iudex, qui per imperitiam malè iudicauit, facit litem suam.
20 Exceptio iurisiurandi operatur, si opponatur in causa, in qua est iuratum: secus in alijs.
21 Periurus, an, quando, & quomodo, & in quibus casibus repellatur à limine iudicij.
22 Testis repellitur à testificando in quacunquè causa, etiam in qua periurium non commisit.
23 Periurus, etiam emendatus, & qui pœnitentiam egit, repellitur, & ei non creditur.
24 Limita, & declara, vt ibi.
25 Periurus absolutus non probat.
26 Periurus non probat, etiam ad fauorem Ecclesiæ, vel pię causę.
27 Periurij vitium non tollitur per torturam.
28 Socius criminis periurus, non facit indicium ad torturam, etiam tortus.
29 Etiam si à statuto habilitaretur.
30 Nec ad inquirendum.
31 Birruarijs si quando ex forma bannimentorum est adhibenda fides, non procedit, si alias patiantur exceptiones.
32 Periurus in parte repellitur in totum.
33 Etiam si in modico peierasset.
34 Periurus, an possit excipere contra periurum de eodem defectu.

35 *Periurus super iuramento illicito, non repellitur.*
36 *Periurus sine dolo non repellitur.*
37 *Periurium est duplex, formale, & materiale.*

1 EX QVIBVS † posteà infertur, quòd exceptio iuramenti est exceptio litis finitæ, & sic impedit litis ingressum.
2 Ampliatur † hæc conclusio, ut exceptio iuramenti, nedum impediat litis ingressum, sed compromissum fieri: Ratio est in promptu, quia exceptio, quę impedit litis ingressum, impedit compromissum fieri. Bal. in l. fratris. C. de transact. Corra. consi. 90 col. penult. vol. 1. Capic. decis. 66. nu. 3. Et hæc est communis opinio, Corne. cons. 117. col. 1. in fine, vol. 1. consi. 46. cons. 65. uol. 2. Alciat. cons. 394. nu. 11. Aret. cons. 99. Sebast. Med. de compens. part. 2 q. 31. nu 7. in fine. Marant. in Specul. part. 5. verbo Compromissum, nu. 17. limit. 4. Io. de Arno. comment. 3. in fi.
3 Hinc posteà † infertur ad statutum, vel ius municipale Tudertinū, in Reformationibus, cap. 10 quod causæ inter cōiunctos compromittantur, quo viget per totam Italiam: non vendicabit sibi locum in causis decisis per iuramentum litis decisiuum, ut latè per Ias. in l. 1. in fi. ff. de iur. iurand. Blanc. licet aliquantulum confusè loquatur, de cōpromiss. inter coniunct. q. 4. nu. 18. in verbo Iurisiurandi.

Subampliatur hæc conclusio ad materiam statuti Tudertini, de qua supra: vbi excipit, vt non intelligantur comprehensa instrumenta liquida, quæ tantum sint reseruata. Nam licet dictum statutum loquatur per taxatiuam, tantum; non tamen censetur exclusus ab exclusione, & non comprehensione. Casus iuramento decisus, qui iuramento guarantigiato sententiæ, & transactioni æquiparatur. Glos. notabilis in §. ob es. vbi Salicet. not. C. de pred. min. pulchra Glos. iuncto textu in l. ita uobis pudor, & ibi Cin. Angel. & Salic. C. ad l. Iul. de adulte. bona Glos. in l. serui nomine, vbi Bart. ff. de vsucap. Glos. celebris apud omnes, in l. illud. C. de sacros. eccles. præclarè Euerard. in loc. à natur. taxatiuarum, num. 4. Bello. ad §. prætereà, nume. 4. Instit. quibus mod. re contr. obligat.
4 Et hæc † conclusio uera est, quę procedit, & locū habet, etiā in statutis, dummodo materiam fauorabilem contineant; licet enim sint stri-
5 cti iuris, & strictè interpretanda, tamen etiam † per dictionem taxatiuam loquentia nō excludunt casus similes, vel parem rationē habētes. Vt frequenter placitum affirmant Ripa nu. 86. Io. Crot. nume. 56. in l. si constante. ff. solut. matrimon. Anto. Gomes. de contract. cap. 11. num. 12. vers. nec obstat. Eman. Soarez. in thesaur. recept. sentent. lite-

ra † num 2. Rebuff. ad l Pratum, col. 6. uers. Quarto limita, de uerb. significat. pulchrè Catell. Cott. in memorabil. in verbo Tantum, latè Rimnald. ad §. 1. Institut de donat. num. 1. 3. 87.

6 Etiam † sit statutum non solum loqueretur per dictiones taxatiuas, sed expressè prohiberet extensionem fieri ad alios casus, quia intelligitur ad dissimiles, non autem similes, vbi militat eadem, uel maior ratio. Castrens. dicens hoc semper, & perpetuò notãdum ad l. illud. post Bar. num. 4. C. de sacros. eccles.

7 Etiam sit † statutum loquatur per uerba taxatiua geminata. Ita singulariter Alexand. cons. 130. col. 3. in princ. num 8. lib. 4. vbi rationẽ reddit, quia talis geminatio videtur facta ad maiorem declarationem, nõ ad exclusionem similium.

Licet igitur statutum Tudertinum excipiat à compromisso inter coniunctos, instrumenta guarantigiata tantum; tamen extensionem recipiet talis exceptio statutaria, ad rem iuramento decisam per sententiam, quæ transiuit in iudicatum, vel transactionem, quæ tria æquiparantur ex not. in l. 1. ff. de iur. iurand.

8 Ampliatur secundo † loco principaliter, etiam si iuramentum sit præstitum extrà iudicium, ex partium conuentione, vel coràm superiore non in forma iudicij, Glos. final. in cap. Super hoc, de renunciatio. quã pro valde notabili, & singulari ponit ad hoc propositum, ibi Butr. & post eum Imol. bene facit textus in l. 1. in uerbo, ex pactione, iuncta Glos. quæ exponit, i. extra iudicium, & ibi Alex. & Ias. nu. 2. Feli. in cap. exceptionem, num. 30. de except. Blanc. de compromiss. inter coniunct. q. 4. nu. 18. in verbo Iurisiurandi, in fine.

9 Et ex † prædictis infertur ad intellectum cap. 1. de litis contestatio. lib. 6. ibi: SEV finita excipiat. Licet enim quædam glos. uidetur intelligere generaliter, & sic satis esset, si dixisset, finita, non mentionando vlteriùs, prout facit de re iudicata, uel transactione.

Tamen, ut uerba legis singula suum habeãt ministerium, ex quo in præcedentibus uerbis fuit specificè dictum de re iudicata, & transactione, illa uerba, seu finita, intelligentur per iuramentum, quia ista tria finem imponunt litibus, & negocijs, prout superiùs diximus.

Et sic correlariè textus iste ampliatur, siue iuramentum sit iudicialiter præstitum, siue non, per prædicta.

10 Ex quibus † posteà sequitur, quòd iuramentum litis decisiuum potest præstari, etiam extrà iudicium ex partium conuentione, & operatur eundem effectum, prout in iudicio oblatum.

11 Et si † hoc uideatur durum; quia in extraiudicialibus deficiunt solemnitates, & calor iudicij: Respondetur, quòd hoc non consideratur in præsenti, sed uis, & efficacia iuramenti.

12 Ampliatur tertiò, † ut talis exceptio omissa per partem, suppleatur

per

per iudicem. Ancar.conf.370.colum.6.Bologni.consi.28. col.1.uers. Plus dico.

Et si dicatur, quòd Iudex non potest supplere in facto, sed in iure tantum. Hinc dicebat Bald.ad l.1. C.ut quæ desunt aduocat. nume.6. quod tres conclusiones in hac materia sunt uerissimæ.

Prima est: Propositio nõ congruit iudici, nõ petita petam, quia hoc radicatur in parte l.ut fundus.ff.commu. diuidund.l.final.C. de sideconi.libertat.

Secunda est conclusio ad propositum nostrum, hæc propositio non conuenit iudici, non exceptum excipiam, non replicatum replicabo, l.si unus.§.pactus, in Glos.in uerbo, In opponendo.ff.de pactis.

Tertia conclusio est, ista propositio non congruit iudici, non probatum probabo, nam hoc est officium partis non iudicis, l.per hanc. C.de tempor.appellat.l.non ex omnibus.ff.de arbitr.

Respondetur, quòd quandoquè in iudicio constat Actorem non habere actionem, tunc iudex debet absoluere, etiam si à parte non opponatur.l.vbi pactum, ubi notant omnes.C.de transactio. Vnde iudex ex officio potest reijcere libellum, quando ex eo nõ resultat actio, etiã parte non opponente: Pariter, si ex actis constat de eius calumnia, iudex ex officio repellere potest, Glos. in l.2.§. quod si actor. C. de iuram.calumn.

Si uerò apparet aliquid, per quod actio ipso iure non tollitur, sed ope exceptionis: tunc, aut exceptio inest actioni, uel obligationi, ut in pacto incontinenti apposito, & similibus, & tunc iudex supplere potest, etiam si à parte non opponatur, vt per Bart. & alios ad l.lecta.ff. si cert.petat.

Vndè exceptio non implementi, quia oritur ex uentre instrumenti, potest opponi per iudicem, etiam parte non opponente, ut plenè dixi in tractat.locat.& cõduct.in titu.de euictio. nu.45. vbi videre placeat.

Pariter fortasse dici posset in exceptione iurisiurãdi, de qua agimus. Si uerò inest, sed extrinsecus uenit, ut in pacto ex interuallo apposito, vel in exceptionibus procedentibus ex aliqua æquitate, tunc si omissa exceptione Actor locupletaretur cum iactura aliena, iudex ex officio supplebit, aliàs non. Bart.d.l.si unus.§. pactus. num.20.ff. de pact. ubi Castr.& Ias.appellant doctrinam mirabilem. Vnde si causa est iuramento decisa, locupletaretur Actor cum iactura animæ suæ, & cum damno proximi sui: Meritò iudex ex officio supplere potest, & debet.

Supplet igitur iudex in tribus potissimum casibus, si constet de euidenti calumnia, uel aliàs ex actis actionem non competere, Si exceptio inest actioni, uel obligationi, uel actor aliàs locupletaretur cum iactura aliena. Addo quartum casum, quòd iudex supplet in his, quæ respiciunt iuris publici conseruationẽ. Ita uno uerbo dixit Bald.in l.1.C.vt

quæ

quæ desunt aduocat. sub quo multa cõprehẽduntur, si benè cõsideres.

13 Ampliatur quartò † ut non audiatur, etiam petita absolutione à iuramento. Feli. in cap. 1. de iur. iurand. Grat. lib. 2. respons. 118. num. 6.

14 Ampliatur quintò, ut possim simul, & semel proponere exceptionem pacti iurisiurandi, & rei iudicatæ, pariter unam post aliam, Din. in reg. nullus pluribus. in princ. lib. 6.

15 Declaratur notabiliter præsens materia iuramenti, & eius exceptionis, quòd ex iuramento oriuntur duæ, & quidem distinctæ exceptiones, scilicet declinatoria, & peremptoria. Et si vna, puta, declinatoria, reijciatur, non impeditur, quin posteà opponi possit per viam peremptorij. Inno. in cap. cum venissent, de constitut. quem ita declarat Bal. in l. postquam liti, num. 5. uers. Aduerte. C. de pact. dicens esse dictum subtile, & valdè notatu dignum. Clariùs hoc exprimere videtur in l. Peremptorias, nu. 42. cum seq. C. sentent. rescind. non poss. In quibus locis dicit idem iudicandum de exceptione transactionis, & rei iudicatæ, Ias. in § actionum, num 132. de actio. vbi valdè commendat.

16 Vnde † videtur inferri posse, quòd si primo loco opposui, exceptionem iurisiurandi, rei iudicatæ, vel transactionis, & hoc ad impediendũ litis ingressum, si fuit reiecta, vel non admissa, non prohibeor iterum suo loco, & tpe opponere in vim peremptorij, & sic tollitur modus, sed non exceptio. & ita videtur colligi ex mente Bal. in citatis locis, maximè ad l. peremptorias: & semper loquitur in iuramento litis decisorio, de quo agimus, pulchrè Misinger. centur. 4. obseruat. 14.

Alio modo dicebat Speculat. in titul. de exceptio § dicto, de dilatorijs, versus finem, versic. Si quæris an exceptio iurisiurandi. Aut excipitur de iuramento agentis, quia iurauit, quòd amplius non peteret: tunc talis exceptio dicitur litis finitæ, & antè litem contestatam opponi debet, & admitttenda propter periculum animæ, ne via periurijs aperiatur, & ita intelligitur cap. 1. de litis contest. lib. 6. secus, si excipiatur de iuramento rei dato à parte parti, & sic litis decisiui. Sequitur Aret. in §. æquè, sub nume. 4. Instit. de exceptio. Dicebat etiam Socin. cons. 38. col. penul. num. 21. vol. 1. quod licet exceptio litis finitæ sit propriè ex iuramento decisorio, per not. in l. 2. ff. de iur. iur. in cap. & si Christus, eod. titu. ibi, omnis controuersiæ sit finis, tamen exceptio iurisiurandi de non agendo, vel molestando impedit litis ingressum ad ..... periurium propter periculum animæ, per cap. verum, de iur. iurand. latè idem Soci. in cap. 1. articu. 7. vers. 18. exceptio. de litis contestatio. Io. à Mõte Sperell. in l. eleganter. § si post. ff. de condict. indebit. Asin. in practic. §. 13. cap. 9. num. 8. & seq. Est Decisio Rot. 401. si agenti, in nouis. vbi benè loquitur.

Quam Rotæ decisionem tenet Abb. in cap. 2. in fine, de restitutio. spoliat. Nouell. in Regul. spoliatus, num. 11. Zar. in l. naturaliter. §. nihil commu-

commune,num.55.ff.de acq.possess.Corsett.ad regulam,spoliatus, fal lent.11.Alex.consi.93.num.5.lib 5.Soci.in l.rem,quæ nobis, num.20. ff.de acq.possess.Capic.Decisio.69.num.17.Franc.March.q.71.num. 2.Paris. consi.1.nume. 151.lib.1. latè Menoch. de recuper. remed. 1. num.258.q.25.

Addo Serafi.de iurament.priuileg.124.Ant.Gabr. de restitut.spol. conclus.1.num.135.& conclus.4.nu.8.

Id autem,quod dictum est,si semel opposita est exceptio in vim dilatoriæ,quod possit iterum opponi in vim peremptorij, declaratur id uerum esse, nisi talis exceptio primo loco opposita fuerit plenariè discussa,& cognita,quo casu ampliùs iterum opponi non poterit. Bald. latè,& post eum Ias.num.20.in l.ait Prætor.ff.de iur.iurand.

Et si dicatur,si ista exceptio iurisiurandi impedit litis ingressum,ergo non est peremptoria,l.peremptorias. C.sentent.rescind. non posse.

Respondetur, quòd speciale est in istis tribus exceptionibus, scilicet transactionis,rei iudicatæ,& iurisiurandi, vt sint declinatoriæ, & peremptoriæ,cum sint inductæ ad lites finiendas,ut dictum est.

Et hac ratione possunt iterate opponi, vt sit quandoq; litium finis, prout considerauit Papiens.in forma responsionis rei conuent. in verbo,Reiq; iudicatæ,num.3.

Et si dicatur, quid in dubio est præsumendum, an quòd talis exceptio sit opposita ad processum,& sic in uim declinatoriæ, vel ad merita causæ,& sic in vim peremptorij ad merita causæ.

Crederem considerandum tempus, quo talis exceptio opponitur: nam,si antè litem contestatam, & tunc in vim declinatoriæ, si post, in vim peremptoriæ.

Considerari etiam debet forma exceptionis, sicut consideratur forma petitionis,& actionis propositæ.l.1.§. Labeo.ff.de fluminibus.

17 Declaratur † secundo loco principaliter, nisi talis exceptio iurisiurandi requireret altiorē indaginem.Bart.& Bal.in d.l.nam & postea.ff. de iur.iurand.Vbi Ias.num.23.in l.ille,à quo,§. si de testamento. ff.ad Trebellia. Doct.in cap.cum contingat.de offic.delegat.Aret.consi.99. Grat.lib.1. respons.15.nume. 42. Serafin. de iurament. priuileg. vlt. sub nume.16.

Addo,& ita in practica seruatur.Sebast.Medic.de compensat.part. 2.q.32.num 8.

Dicebat autem Bart.in extrauag. ad reprimendum.in verbo summariè, num 4. quòd aut talis exceptio requirens altiorem indaginem ab altero iudice cognosci potest, & tunc in summarijs, & similibus reijci potest,secus si nullam aliam cognitionem expectaret: tunc enim reijci non poterit.Ita declarando tenet Glos.in l.3.§.ibidē ff.ad exhibend. Cuius rei ratio est illa, quia si reijci hæc exceptio posset, cū per alium

 iudicem

iudicem non ueniret cognoſcenda, auferretur ius partis, & tolleretur cognitio veritatis,quod nullo modo permiſſum eſt.

Credo tamen,etiam iſto caſu,cum nullibi eſt alia cognitio,iudicem in fine litis reſeruare poſſe;vt ſentit Aret.in §.in bonæ fidei,nu.2.Inſti. de Actio.Marſ.ſingul.365.exceptio.

Solent igitur iudices pronunciare, ad vlteriora procedi, reſeruatis reſeruandis,quo caſu,ſi apparebit eas veras, proceſſus retro formatus erit nullus,vt dixi ad reg.cum quid,par.2.quæſt.7.ſub nu.10.

Subdeclaratur principalis declaratio,niſi exceptio,quæ diceretur re quirere altiorem indaginem,eſſet iuris tantum : tunc nec reijci,nec reſeruari debet,ſed in oppoſitione diſcuti. Bald.in l.ancillæ, C.de furt. vbi bonam rationem reddit, quia ius ſemper certum eſt,quare ſtatim ſuper illa exceptione cognoſcendum eſt.

18 Extenditur hæc† ſubdeclaratio,etiam ſi iſta exceptio eſſet iuris dubii,& perplexi.Ita docuit Bal.in l.poſtquam liti,col.2.C.de pact.verſ. 7. exceptio.Maria.in cp.1.num.51.52.de lit.conteſtat.Blanc.in tract. de compromiſſ.q.4.principal. num.102. Alex. in addit.ad Bart.in d.l. vir bonus,in verbo impedit.ff. iudicat. ſol. Feli.in cap. exceptionem, num.40.de except. ea ratione mouentur omnes, quia ſuper diſputatione iuris ordo iudiciarius non requiritur, & vna ſemper debet eſſe apud iudicem determinatio.Ioſeph.Rot.Luca.26.nu.20.

Sed contrariam ſententiam crederem de iure ueriorem,ut exceptio iuris dubij,& perplexi ſit reſeruanda in fine litis.Vnde error iuris perplexi excuſat à perceptione fructuum,cap.cum dilectus,& ibi not.An char.Card.Florent.Butr.in cap.ſi diligenti, col.4.verſ.quærit Gloſ.an errans, & ibi Abb. col.5.verſ. præterea quis præſumitur.de præſcript. Lãberteng.latè de cõtract.mulierũ,in verbo in alienationibus.nu.144.

Cui pleniſsimè profitenti addo bene loquentes Co. in Epitom. de ſponſal.part.2.cap.8.§.1.ſub nume.9.dicẽtẽ textum in d.cap. cum dilectus,ad hoc notabilẽ,& ſingularem.Alciat.in l.bone fidei.ff.de verb. ſignific.Maſcard.concluſ.640.Burſatt.conſ.9.vol.1.Sebaſt Med.de cõpenſat.par.1.quæſt.10.ſub nu.29.Contard.ad Egidia.limit.9.nu.52.

Reſpondet Menoch.de arbitr.q.53.nu.8.quòd licet ius ſit dubium, vel perplexum: tamen ſententia in ſe ſemper eſt certa, uel pro actore, vel reo.

Sed antequàm in caſu dubio,vel admodum perplexo iudex præciſè deliberet,an pro actore,vel reo, quot dies current, quot difficultates erunt reſoluendæ.

Et hoc facit, quod licet ſententia lata contra ius conſtitutionis ſit ipſo iure nulla,l.2.C.quand.prouocar.non eſt neceſſe, ualet tamen, ſi ius fuerit dubium, & multipliciter intelligibile,ut Cin.Bart.& alii,declarant in d.l.2.Iaſ.in l.cum prolatis. ff.de re iudicat. Bart. in Prœem.

C.§.

C.§.quibus,col.penult.verſ.opponitur,hic dicit certas,& in l.qui Romæ.§. duo fratres,col.3.verſ vel meliùs, & ibi Io. de Imol. col.1. verſ. item nota.Caſtrenſ.in fine Alex col.1. nume.4.& iterum col.19. verſ. in ea gloſ.in fine. Aret.in vltimo notabili. Iaſ.in tertio notabili, & iterum col.21. verſ. ſecundo reſpondet. Claud. Aquenſ.col.4. verſ.in ea gloſ.in fine,Ripan.col.6.limitat.2.de verb.obligatio.Bald.in l.final.in prima lectura,circa principium.de iuſt.& iur.Imol.in cap. ne iniuriaris. paulo poſt princ.de conſtitut.Pano.in cap.cum Bertoldus, col.8. verſ. ſed poteſt dici,de re iud. Riminald.ad l.iuris ignorantiã,limi.3. C.qui admitt.Bal.in repet.l.celſus,num.17.de vſucap.& hanc dicit communem,Abb.in cap.1.col.4.de re iudicat. vbi Imol.col.1.uerſ.item fallit. Feli.col.8.limit.7.Curt.ſen.conſ.71.Curt.iun.conſ.6.col.12.

Quo caſu, ſi rectè conſideres,non potuit iudex nec certam, nec iuſtam proferre ſententiam, licet diu diſputatum, & ſi rectè conſideres, accommodari non poteſt reſponſio Menoch.cum iura ſupportent ſententiam cõtinentem expreſſum errorẽ iuris in iure dubio,& perplexo.

Sed ſi ſupportent ſententiam modo prædicto, merito poterit iudex in exceptione iuris impliciti, & perplexi pronũciare, nec modo aliquo reſeruare,cum in ſimilibus magis excuſetur,quàm in alijs.

19 Et facit vlteriùs, † quia iudex, qui per imperitiam malè iudicauit, facit litem ſuam.l.final.ff.de var.& extraord.cognition.& tamen in caſu dubio, & perplexo excuſatur, vt not.in l.final. C.de pœna Iud.qui male iudicau.

20 Declaratur tertio † loco principaliter, vt exceptio iuramẽti obſtet, & impediat ſi opponatur in ea cauſa, ſuper qua fuit iuratum. ſecùs in alijs,in quibus hunc effectũ non operatẽ,ut ex infra dicendis apparebit.

21 Vnde, ſi quæratur, † an periurus repellatur à limine iudicij, diſtinguendi ſunt duo caſus principales: Primus eſt,vt principalis: ſecũdus, vt fidelis: Primo caſu, aut loquimur in contractu, & cauſa, qua iurauit,& tũc ſine dubio repellitur à limine iudicij: aut loquimur in aliis, in quibus non iurauit,& non repellitur. Butr. ita declarans in cap.intelleximus,in fine,de iudic.reaſſumit,& ſequitur Feli.in cap. dilecti.in princip.de exceptio. Iaſ.ad l.ſi quis maior,ſub num.24. de tranſactio. dicens eſſe dictum notabile,& incognitum.Feli. in cap.1.col.2. quæſt. 7.de iur.iurand. Ripa in cap.2 in princ.de reſcript.Roman. hoc ſingulare reputans conſi.499. Tu ſcis,vbi Apoſtillantes dicunt hanc eſſe cõ

* munem opinionem.Crauet.conſ.7.num.12.& 191.num.7.Alex.conſ. 17.col.2.verſ.& conſtat, vol.3. & hanc dicit communem opinionem Deci.in cap.intelleximus.nu.18.de iudic. Socin.iun.conſ.125.in princip.vol.3.Roland.id etiam valdè commendans conſ.26. nu. 18.vol. 3. Serafin.de iurament.priuileg.vlt.num.11.Iaſ.in l.ſi duo.§.ult.nume.2. de iur.iurand.Grat.conſ.50.num.12.conſ.79.num.24.117.nu.9.vol.

 1.Bero.

1.Bero.conſ.18.num. 1.vol.1.Port.conſ.89.nu.3.Cagnol.in d.l.ſi quis maior,num.119.vbi Curt.ſen.num.2.Parpal.num.65.

Ampliatur hæc prima concluſio, vt procedat,& locum habeat, etiã ſi poſt periurium incurſum petijſſet abſolutionem à iuramento,& obtinuiſſet,quia adhuc periurus non auditur, celebre conſilium Federic. de Senis,conſ.301. quia fruſtrà legis auxilium implorat qui contra legem committit cap.quia fruſtra,de vſur. Idem tenuit Anchar. conſil. 198.col.fina.Roma.conſ.326.col.2.Alex.conſ.222.col.3. vol.2.conſi.
** 118.col.final.vol.7.conſ.17.vol. 3.atteſtans de magis communi Doctorum ſententia latè Roland.conſ.34.num.2.vol.1.

Intelligendo ſemper de abolutione petita coram inferiori à principe,cũ princeps periuriũ remittere poſsit, ex prædictis auctoritatibus.

Ampliatur ſecundo etiam ſi pars periurium remiſiſſet: adhuc enim repellitur à limine iudicij. Bald.in Authen.quod eis.C.de nupt.Alex.
* conſ.83.col.final.vol.5.vbi atteſtatur hanc eſſe magis communẽ opinionem.Brun.conſ.46.Dec.conſ.442.col.penul. Afflict.deciſ.30.col. final.& 31.col.1.Gozad.conſi.69.col.penult.ubi pariter atteſtat hanc
* eſſe communem opinionem.Pariſ.conſ.43.col.4.in princ.vol.1. conſ. 46.col.2.eod. vol.conſi.10.num.93. eod.vol. vbi etiam dicit communem.Rui.conſ.66.col.2.uol.4.Roland.conſ.84.num.3.vol.1.conſ.26. num.31.vol.3.Virgin.Boccac.in conſtit. Egid.Gloſ.2.nu.39. Borgni. Deciſ.9.num.35.par.1.

Plus dicit Anchar.conſ.198.in fine, quem refert, & ſequitur Felin. in cap.1.verſ.ſeptimo quæro,de iur.iurand.quod etiam ſi Vicarius cõceſsiſſet abſolutionem ad petitionem debitoris,qui expreſſam mentionem feciſſet de lapſu temporis, quod ipſa eſſet iniuſta, & dicit Ruin.d. conſ.66.col.2.vol.4. referendo Felin.in citato loco, quod ita ſe habet
* communis opinio,quòd de iure Vicarius hoc facere non poteſt,nec debet.Rolan.conſ.34.num.4.vol.1.vbi pariter atteſtatur hanc eſſe communem ſcribentium ſententiam.

Quare ſequitur,quòd non ſufficit dicere,hoc eſt expreſſum in precibus,ergo tenet; quia videndum eſt de facultate reſcribentis: fruſtra namquè exprimitur coram eo,qui non poteſt. Et eſſet hoc neceſſariũ apponere in omnibus commiſsionibus. nam temporibus hodiernis inferiores à Principe committunt ſæpiſsimè clauſulas cum clauſulis ſoli Principi conuenientibus,& nemo audet,* & apparet euidẽtiſsima nul
* litas,& in conſequens præiudicium,ad idem Bonacoſſ.in concluſio.criminal.in verbo Periurus in cauſa, ubi pariter de communi atteſtatur.

Ampliatur tertiò,vt nec audiatur etiam in his, quæ tangunt ipſam cauſam.Crauett.conſ.181.num.7.Riminal.conſ.89.num. 1.uol.1.Socin.iun.conſ.125.num.3.vol.3.Riminald.conſ.40.nu. 20.vol.2.Bero. conſ.18.nu.1.vol.1.Bar.conſ.89.nu.3.Cagnol.ad l.ſi qs maior,nu.119.

Amplia-

Ampliatur quarto etiam in periurio nullo, quod repellit, & contrauentionem inducit, vt concludere videtur Crauett.conf. 191.nu.7.

Quem tamen pondera in fine dicti numeri, ubi limitat.

Ampliatur quintò, ut non audiatur in restitutione spolii, licet fauorabili, Menoch. reputans notabile. de recup. remed. 1. num. 323.

Declaratur præsens conclusio, ut procedat, & habeat locum parte opponente, aliàs iudicium subsistit. Serafin. de iurament. priuileg. vlti. limitat. 4. Tiber. Decian. Tractat. criminal. cap. 13. nume. 18. tom. 2. ex Parif. consi. 45. num. 9. 10. 57. vol. 1. Addo Crauett. conf. 199. num. 13. Virgi. Boccac. ad const. Egid. glof. 2. num. 22. Borgn. in reperto. in verbo periurii exceptio.

Bene uerum est, quòd posset iudex ex se repellere periurium à limine iudiciis, licet ad id cogi non posit. Neui. 33. ita intelligendus conf. 21. ex his, quæ notabiliter tradit Iaf. in §. actionem, nu. 128. de action.

Declaratur secundo, ut licet, prout superius dictum fuit, pars periurium remittere non possit, potest tamen remittere exceptionem ratione periurii sibi competentem, Serafin. de iurament. priuileg. ulti. sub limitat. 5.

Vnde dum oritur iudicialis contentio, an per aduersarium posit remitti periurium, duo sunt casus principales considerandi: primus, quoad delictum in se; secundus quoad exceptionem sibi ratione periurii competentem, vt per eam repellat aduersarium à limine iudicii: Primo modo non potest, quia nec pertinet ad iudicem, sed ad superiorem: secundo casu potest, quia fauori suo quilibet reaunciare potest.

Declaratur tertio, vt quamuis periurus repellatur à limine iudicij, tamen non repellitur à defensione suæ Ecclesiæ, & ab accusatione pro sua, & suorum iniuria. cap. dilecti, vbi not. de except. Tiber. Decia. tract. criminal. cap. 13. num. 18. in fi. Tom. 2.

Declaratur quartò, quando periurus compareret in iudicio nomine alieno, & procuratorio nomine, cum etiam infamis posit esse Procurator. §. final. Instit. de exceptio.

Declaratur quinto, & est notabilis limitatio in actu practico, quòd perius repellitur à limine iudicij, quando excipitur contra aliquem ad effectum, vt incurrat pœnas. l. si quis maior, & iuxta terminos ipsius, extrà tamen terminos, l. si quis maior. periurus non repellitur à limine iudicij. Corne. conf. 215. col. 3. in fine, vol. 3. de quo dicto licet dubitare videtur Crauetta conf. 199. sub nu. 13. tamen vltrà eum idem tenuit Bal. consi. 394. nume. 3. vol. 4. Alex. in l. si. quis maior. num. 15. Pano. in cap. intelleximus, nu. 14. de iudic. & cum Corne. in citato consilio est * communis opinio, vt attestatur. Decian. in tractat. criminal. cap. 13. sub num. 18. tomo 2.

22 Secundus casus principalis est, † testis repellitur à testificando in

quacunq; causa, etiam in qua periurium non commisit. Periurus enim repellitur indifferẽter à testificando, c. ex parte, extr. de test. Cano. paruule, vbi Glos. 24. q. 5. glos. in l. qui cum vno, §. ignominia. de re militar. in Cano. quicunque. 6. q. 1. Nepos. à Monte Alban. tract. de testib. num. 13. Io. Crot. part. 8. nume. 355. vbi reputat notabile, & singulare ex Roman. per eum allegato. Egid Boss. num. 19. & 51. & hæc est vera,
* & communis opinio, Alber. in l. Lucius, num. 3. ff. de infam. Gigas. de crim. læsæ maiestat. q. 11. num. 1.

Ampliatur hæc conclusio, vt procedat etiam si non sit condemnatus, Bal. in l. si non veteris, col. 5. de fid. instrument. Et hanc dicit com-
* munem opinionem omniũ Canonistarum, Tindar. de test. c. 13. nu. 12.

Contrarium sentit Ruin. cons. 15. num 6. vol. 5. vbi tunc demũ periurus à testimonio in alijs repellitur, si sit notorium, vel cognitum: secùs, si adhuc causa pendeat.

Ampliatur secundo, etiam si non sit infamis, Bal in Authen. si dicatur, col. ult. C. de testib. per cap. testimonium, de testibus, l. Lucius, cum ibi not. de infam. Butrigar. de testibus, num. 51.

In quo articulo considerandum est, quod regulariter periurus de iu-
* re non efficitur infamis infamia iuris, & est communis opinio, Felin. in cap. testimonium, num. 20. de testib. Practic. Corradi, fol. 84. vers. Amplia etiam, Turzan. commun. opinio. cap. 1.

Hoc declara duobus modis: Primò aut quis venit contrà iuramentum, aut contra promissionem iuratam: primo casu, aut sumus de prę terito, vel de pręsenti, vel de futuro: primo casu non est periurus ipse infamis, secundo casu sic. & sic periurus est infamis, vel ex simplici assertione iurata de futuro, vel ex promissione iuxtà terminos, l. si quis ma-
* ior, Lanfranc. de testibus, sub nu. 77. & est communis opinio. Iul. Clar. in §. periurium, in principio. Bonacoss. conclus. criminal. in verbo Periurus regulariter. Et sic infamia irrogatur magis ex actu de futuro, quã præsenti, vel præterito. Summa Angelic. dicens hoc verum de iure Canonico, in uerbo Periurium, nume. 6. declarando, quòd laicus periurus sic est de iure Canonico infamis infamia Canonica, non ciuili. Barbac. de testi. part. 3. sub num. 18. vers. pondera, dicens hoc bene notandum vti nouum dictum.

His copiosè tractantibus addo bene loquentem Didac. ad c. Quam uis part. 1. §. 7. num. 4. Vbi limitat in casu cap. debitores, de iur. iurand. Menoch. de arbitr. iudic. casu 319. num. 3.

23 Ampliatur quartò, † etiam si emendatus sit, & pœnitentiam egerit. Adhuc enim ei non creditur. glos. in l. qui cum vno, §. ignominia, ff. de re militar. quam pro singulari allegat Bald. in l. Lucius, ff. de infam. Io. Andr. ad Specul. titul de testa. §. 1. num. 4. Bal. in Authen. ei qui iurat in princ. C. de bon. auctor. iudic. possidend. per illum textum Roman. in

l. 2.

l.2.col.9.ff.solut.matrimon.Ias.in l.admonendi, nu.117. Ripam num. 56.Curt.& alij inibi.ff.de iur.iurand.idem Rip.in l.damnum, num.6. ff.de damn.infect.Marsil.singul.273.Viui.opinio 357.lib.1.

* Addo,quòd hanc dicit communem, Rebuff.de reprobat.test.num. 399.Eman.Soarez.in suo thes.iur. littera P.num.105.Marsil.in l.mari-tus,num.42.de quæstio.de fideiuss.num.157. Roland. consi.16.num. 12.& 73.num.10.vol.1.dicens hoc admodum notandum,quòd generalis dispositio habilitans testem,nunquam intelligitur de periuro,nisi speciatim dicatur.Ias.in l.in arenam nu.4.C.de inoffic.testam. Octa-uian.Vulpell.respons.10 num.2.Additio ad Summ. Angelic.in verbo Periurium.num.6.litera B.circa medium. Plot.de in litem iuran.§ 50. num.3.Seraf.priuileg.18.num.12.Ant.Gabr.de malef.conclu.4.nu.5.

Contrarium tenet per illum textum Barr. in l.Imperialis.§.1.C. de nupt.glo.in l.testium,§ lege Iulia,in verbo impuberes, de testib. Alex. in l.1.num 33.ff.solu.matrim. Petr.Girard.sing.2. Cassane.consuetu. Burgund.fol.41.à tergo. Rui.consi.131.num. 8. vol.4. Afflict.decis. 36.vbi Vrsill.dicit hanc esse veriorem opinionem.Menoch. de Præsum ptio.lib.5.præsump.32.num.33.

24 Limita,& † declara hanc ampliationem , vt Iudex debeat inspecta qualitate personæ, & pęnitentiæ arbitrari ita conciliare videtur duobus verbis. Rebuff.de reprobat.testi.sub num.399.

25 Ampliatur quinto,† etiam si sit absolutus .glo.in cap.testimonium, de testi. Afflict.in constitutio.eos,qui scienter,sub num 25.lib.3.post alios signatos ibi per eum.Viui.lib.1.opin.357.circa finem.

Vnde vides,nec pęnitentia,nec absolutio reintegrat fidem periuro. Cauendum igitur est,cum nec absolutio Iudicis, nec pœnitentia iniũcta aliquid operetur. & addo iam dictis Barbat. de testi. part. 3. num. 5. & iterum nu.17.Ioan.Crott.de testi.num.180. Autre.de testi.nu.81.

26 Ampliatur quinto,† vt periurus non probet,etiam ad fauorem Ecclesiæ, vel piæ causæ.Paris.consi.24.num.22.lib.3.Tiber.Decian. trac. crim.cap.13.sub num.15.Tomo 2.

Si igitur ecclesia,monasterium, vel alius pius locus inducit in testẽ aliquem,quem scis periurum,non admittas,sed excipias, quia ecclesia in hoc non est priuilegiata.

Ampliatur sexto,vt nec tortura purget vitium, & defectum periu-rij.Crauet.consi.6.num 54 Roland.consi.16. num.11. vol.1.& 73.nu. 12.eod.vol.Octau.Vulpel.respons.11. num.2. vbi si equuleo , & mille tormentis subiiceretur,& respons.83. num.7. Semper igitur firma remanet exceptio periurii, etiam post torturam.

Hinc postea, licet socii criminis dictum faciat indicium ad torturam, in casibus, in quibus potest interrogari de sociis si tortus hoc dicat,vt per August.ad Ang.in trac.Malefi.in verbo fama publica, col.5.

Tamen

28 Tamen hoc fallit,† si esset periurus,quia nec cum tortura facit inditium ad torturam. Alciat.regul.2.præsumpt. 10.num.3.Boss.de indit. & consid.ante tortur.num.156. cum seq.ita discurrendo super celebri consi.Dec.189.prout facit,in tit.de inquisitio.num.40.cum sequ. Ant.Gabr.de Malefic. conclus.26. num.8.Ruin. consi.146. num.3.4. lib.5.Cephal.cons.234.num.3.lib.2. Menoch. de arbitri.Cas. 108. nu. 16.Gramm.cons.61.num.3.cons.35.num.27. cons.38.num.39. vot. 39.num.9.Carer.fol.98.Mars.cons.76.Monticell.reg.4.nu.41.

Immò in nullo casu creditur socio criminis, etiamsi à statuto habilitaretur,si patiatur alias exceptiones,& defectus.Soc. cons.118. in fine.vol.1.Grammat.cons.criminal.44.num.22.ex communi Soarez in Thesaur.in verbo Testis,num.215.Barbat.cons.54.uol.1. Boer.decis. 319.num.7.Riminal.cons.105.num.10.vol.1.Laurent.Chircho.communu.opinio.centur.4.conclus.40.Bursat. ex communi cons.69. nume. 25.vol.1.qui loquitur in statuto Mantuæ admittente socium criminis. Hiero.de Mon.quæstio.16.nu.22.Bonacoss. in verbo socius criminis.

29 Ampliatur septimo,† vt nec faciat indicium ad inquirendum, cap. sicut nobis,in fine.de testi.per quem textum ita consuluit Raph.Fulgos.consi.107.sentit Dec. cons.189. per discursum illius. Alciat. reg. 2.præsumpt.10.num.3.Boss.in iam citatis locis.Alciat.consi.19. lib.7. Vulpell.respon.11.num.2.

* Addo Boss.† de opposit.contra Testes, nu.51. ex communi.Laur.
30 Chircon.centur.4.conclus.39.conclus.80.& 81.Bursat.consi.34. nume.2.vol.1.& cons.20.num.61.eod. vol.Viui.in verbo, in Testem nō admittitur.num.20.attestans ita iudicatum.Plot.cons.crimil.131. nu. 3.Cephal.consi.208.num.30.uol.2.

31 Et per † ea,quæ dicta sunt in præsenti ampliatione infertur ad unū, quod in practica sæpius occurrit: extant bannimenta, quibus mandatur fidem adhiberi birruariis,uel similibus,vtique credendum est, nisi allegantur aliæ exceptiones,non dico exceptiones,quas habilitatus patiebatur tempore dispositionis, sed quæ per accidens aduenerint, vt periurii,& similium defectuum. cogita,si satis facit ad euitanda bannimenta adeo terribilia.

32 Ampliatur octauo, † etiamsi quis in parte dixisset uerum, in parte iurasset falsum,quia vti absolutè periurus repellitur,tam in illa, quàm aliis causis. Dec.cons.83.colum. penult. vers.7. etiam responderi potest.Alex.cons.115.col.11.versi.quarta ratio,ubi latè apostillantes, & consi.27.uersic.in aliis.uol.2.Plot.de in litem iurand.§.50.nu.4.

33 Sub ampliatur,† etiamsi illa pars consisteret in modico tantum.Bal. in cap.cum adeo,col.1.de rescrip.latè Ant.Gabr.de Malef.concl.4.nume.3.ubi latè multis modis declarat.

Ampliatur nono, ut non posit periurus esse Testis contra alium periurum.

periurum. Bar.in l.cum mulier.in fine. ff.solu.matrim. ubi Alex.num.
* 18.comprobat,& sequitur: & est communis opinio. Felin. in cap.testimonium,num.37.de testi.dicens hoc,est admodum notabile, & singulare,& mēti tenendum, & per omnes ibidem teneri. Plot.de in litē iurand.§.50.num.4.in fine.

34 Vnde,† si quæratur,an periurus possit excipere de eodem defectu, morbo,uel crimine, distinguendi sunt duo casus principales. Primus contra testem, & tunc potest ex iam dictis, & ratio est in promptu, quia testis adhibetur principaliter Iudici, non parti. Secundus casus est contra aduersariū,& potest ei in materia periurii, de quo agimus. Crot.cons.440.num.19.uolum.3.Plot.consi.40.uol.1.Rolan. consi. 31.num.4.uol.2.Cagnol.ad l.si quis maior,num.143.C.de transactio. Borgn.decis.9.num.34.par.1.ex regula,nil Iudæus Iudęo,l.in arenam, C.de inoffic. testam. quæ ex prædictis limitatur procedere inter partes,non cum teste.

35 Limitatur principaliter,† ut procedat in eo, qui est periurus super iuramento licito: secus si iuramentum præstitum fuisset illicitum, & temerarium: certè talis transgressor iuramenti temerarij, non repelli-
* tur à testificādo.Et ita communiter tenetur per Doctores,vt dicit Hostien.quem refert Abb.in cap.testimonium, post num. 7. de testibus. Iul.Clar.in §.periurium,col.2.versic. repellitur &c. Eman. pariter de communi in suo Thesau.litera P.num.107.Bonacoss.in conclu.crimi. in uerbo,Periurus à testimonio.

Limitatur secundo loco principaliter,vt procedat in diuersis factis: secus,si super eodemmet facto, quia hoc casu non datur repulsa, ut discurrit Tindar.de Testi.cap.11.num.14.

36 Limitatur tertio, † in periurio commisso sine dolo, quia talis non amittit facultatem iurandi,cum periurium non committatur sine dolo,puta in eo,qui iurauit soluere in termino, & ob fortunam malam superuentam non potuit soluere.Ias.in l.qui iurasse,in princ. ff.de iureiuran.ubi num.8.dicit,quod neminem inuenit ab hac opinione discrepantem.Idem consi.118.col.fi. vol.1. Grammat. consi. ciuil. 58. Ant.Gabr.de transact.conclu.1.num.58.

* Addo,quòd hanc dicit veram,& communem opinionem Cagnol. in l.si quis maior,num. 185.Ias.in l.videamus,in princ.num.8.ff.de iureiuran.Claud.in d.l.si quis maior,num.42. Gomes. Arias super l.65. Tauri.num.30.Alexan. dicens hoc singulare in l.vlt.ad finem, ff. qui satisd.cogan.latè consi.82.colum.penul.vers.Item posito,lib.1.& pro singulari adducit Ias.in l.si quis maior, in primo notabili, & in l.in actionib.col.5.uersic.per istam, de iureiur. licet vtrobique cōtrariū teneat Cotta hoc notabile reputans in verbo Periuriū.Plot. de in lit.iur. §.50.nu.5.Eman.dicēs cōem in suo Thes.recep.sen.litera P. nu. 100.

Et con-

37 Et considera † in proposito, quòd periurium est duplex, formale, & materiale: formale, quando quis ex intentione falsum iurat, quia scit se non iurare verum, & tamen vult iurare, & istud periurium est propriè, & verè falsitas, & sine dolo non committitur. Secundò dicitur periurium materiale, vt quis non intendit iurare falsum, & tamen falsum iurat. Licet enim periurium dicatur, tamen non est verè periurium, vt dicatur falsitas, ita vt de falsitate, & periurio puniri possit: colligitur a Bal. in cap. 1. §. porrò. quæ fuerit prima causſ. benefic. amitten. Vbi impotens ad soluendum est periurus, tamen de periurio non punitur. commendat Ias. opiniones concordando in l. qui iurasse, in prin. sub num. 8. de iureiur. Grat. id valdè commendans Respon. 15. nu. 22. vol. 1. Serafin. de iuramen. Priuileg 32. num. 12.


Vnde non sequitur id, quod tota die allegant isti criminalistæ: Est periurus: ergo in dolo, & consequenter puniendus.

Et hæc quatenus concernant materiam periurij testium. alias limitationes omitto, cum non respiciant hanc materiam.

QVAESTIO SECVNDA IX. QVAEST. Principalis.

S V M M A R I V M.

1 *Causa semel decisa retractatur per instrumenta de nouo reperta.*
2 *Iuramentum testis reprobatur prætextu periurij.*
3 *Iuramentum purgationis retractatur prætextu periurij.*
4 *Iuramentum suppletorium nō retractatur prætextu periurij, sed solum per instrumenta de nouo reperta.*
5 *Iuramentum, quando possit impugnari, tam in contractu, quàm extra, & quibus casibus.*
6 *Iuramentum litis decisorium, an retractetur per instrumenta de nouo reperta.*
7 *Quando ex aliquo delicto principaliter offenditur Deus, absolutio facta in foro pœnitentiali, tollit, ut accusari non possit.*
8 *Periurus in foro conscientiæ remouetur à testimonio, & cogitur ieiunare quadraginta dies in pane, & aqua.*
9 *Intellectus ad l. fin. ff. de crimine stellionatus.*



QVAERO, an causa iuramento decisa retractari posit prætextu periurij?

1 Et pro † parte affirmatiua facit. l. admonendi. ff. de iureiuran. Vbi retractatur per instrumenta de nouo reperta.

2 Secundò, † iuramentum testis reprobatur prætextu periurij, l. Lucius, ff.

cius,ff.de infam.& dixi latè superius.

Tertiò facit pro hac parte textus in Authen. sed nouo iure, in fine, C.de pœna iudic.qui malè iudica. Pro contraria parte facit, l. 1. C. de reb.credit.vbi non retractatur,sed solum Deum habet vltorem.

Quare concludendum videtur, quòd quoddam est iuramentum veritatis,quod est illud, quod præstat testis, & istud retractatur prætextu periurij,l.Lucius, ff. de infam. & in proximè præcedentibus vidimus.

3 Quoddam est † iuramentum purgationis, de quo in dicta Authen. sed nouo iure,& istud etiam retractatur prætextu periurij, vt ibidem habetur.

4 Quoddam est † iuramentum in defectum probationis, & tunc non retractatur prætextu periurij, sed solum per instrumenta de nouo reperta,iuxta no.in l.admonendi,& ibi no.ff.de iureiur.

5 Quoddam est † iuramentum interpositum ad vallandum aliquem contractum, & tunc,aut est nutritiuum peccati, vel contra bonos mores,vel lex resistit actui ob fauorem publicum, & tunc licet uenire contra iuramentum,l.non dubium,ubi no.C.de leg.l.cum lex, ff. de fideiusso.regula, non est obligatorium,lib.6.

Quandoque lex non resistit,sed non assistit tantum; tunc potest venire contra iuramentum,præstita satisdatione, ut no.in c.ad Iudam,in c.etsi Christus, de iureiur.Bar.in l.si quis pro eo,de fideiuss.

Potest etiam quis venire contra iuramentum,quando facit authoritate legis,ut l.fi.ff.qui satisd.cog.

Quoddam est iuramentum interpositum ad obseruantiam contractus inualidi,ad l.si ex falsis,C. de transact.& tunc si non ualet principale,nec ualebit accessorium: ut dixi ad Regul. cum quid prohibetur. de regu. iur. 6. parte quarta, limitat.. facit quod notat Bar.in l.Seius, & Augerius,ff.ad leg.Falcid.

Quoddam est iuramentum de præsenti, præstitum tamen ad deceptionem alterius,& perquiritur,& punitur pœna stellionatus,l.de periurio,ff.de crim. stellionat.

Quoddam est iuramentum concessum in honorem dignitatis, & præeminentiæ alicuius, & tunc perquiritur de periurio, & punitur, l. quotiens,C.de dignitat.lib. 12.Vbi textus notabilis, quòd periurus punitur,& priuatur beneficio,& dignitate,ut ibi etiam Luc. de Penn.no.

Quoddam est iuramentum licitum, & tunc punitur periurium iuxta l.si quis maior,C.de transac.

Quoddam est iuramentum litis decisorium, & istud non retractatur prætextu periurij, & ita procedit textus in l. 1.de rebus creditis, vbi Cyn Bal.Bar.Ang.& alij vno ore affirmant.

Ampliatur hęc conclusio,ut procedat,& locum habeat,siue tale iu-

E ramen-

ramentum sit delatum in iudicio, uel extra. Nam in hoc casu nulla est
* differentia. Ias. asserens hanc communem opinionem in repetitio. l. admonendi, colum. 1. sub num. 4. de iureiur. Vbi rationem reddit, quia cum tale iuramentum deferatur à parte parti, concurrit consensus vtriusque, & sic sapit transactionem, quæ per instrumenta de nouo reperta non retractatur.

Ampliatur, vt nec puniatur criminaliter, sed solum Deum habeat vltorem: ita Cyn. in l. 2. nu. 4. C. de reb. cred.

Contrarium tenet Isern. relatus per Marant. de ordin. iudic. in nono actu iudici. num. 12. ubi criminaliter punitur saltem crimine stellionatus. Ias. in §. item si quis postulante. num. 63. Vbi Gomes. nume. 29. de actio. per l. fi. ff. de crimin. stellionat. idem Ias. in l. si duo, §. fi. colum. 1. num. 1. in fine. de iureiur. Cagnol. per multas rationes ad l. si quis maior, num. 126. cum seq. C. de transact. Soc. consi. 219. uolum. 1. Guid. Pap. decis. 178. Montalon. in promptuar. iur. in uerbo Periurus, Barba. in rub. de iureiur. in Clement. colum. 2. vers. Quæ autem sit pœna. Butrigar. ex antiquis, in l. 2. C. de reb. credit. Bonifac. in Clemen. Dudum, §. cæterum, num. 16. de sepult. dicens, quòd licet periurium Deum habet ultorem, tamen crimine etiam stellionatus punietur criminaliter. Bologn. cons. 28. col. 1. in fine.

6 Sed priorem † opinionem tenet glo. in l. aduersus, in gl. fin. Vbi bonus textus, & Castrens. hoc clarè dicit, de exceptio. Alia bona glo. iuncto textu in §. æquè, ubi clarius Aret. num. 3. de exceptio. Purpurat. ad l. si quis maior, no. 17. de transactio. & hæc est mera veritas, vt dicunt Bald. & post eum Castrens. in l. si duo patroni. §. fin. in lectu. antiq. de iureiurando.

* * Et hæc est magis communis opinio, Boer. decisio. 305. colum. pen. versic. Quid dicendum. Eman. in suo Thesaur. littera P. num. 98. Iul. Clar. in §. periurium, in fine. Bonacoss. in uerbo Periurus. Menoch. de arbitr. iudic. cas. 319. num. 12.

Et videtur esse quædam repugnantia, dicere, habere solum Deum vltorem, & puniri postmodum extraordinariè, quia non iudicabis bis in id ipsum, l. fin. ff. naut. caupon. cap. de his, de accusatio. Cano. fin. de pœniten. distinct. 4. 23. quæstio. 4. Cano. si illis. & de eodem hominis facto sæpius quæri non debet, l. si cui. §. ijdem, de accusatio. Ad quam pulchrè Roma. consi. 213. 223. 375. & 463. & Pau. Castrens. consilio 119. in antiquis. latissimè Barbat. in c. cum sit generale, colum. 4. cum sequ. de foro competen. consi. 31. colum. 2. lib. 4. Aret. consi. 58. col. penult. & fin. Alexan. consi. 11. colum. 2. in quinto dubio, libro 1. Felin. in cap. At si clerici, colum. 4. de iudic. ubi Dec. colum. 7. & consi. 137. Dec. & Cagnol. in l. bona fides. de reg. iur. ille num. 5. hic num. 7. post Diuum Thomam, Archiepiscopum Floren. & alios.

Secun-

7 Secundò loco † ad confirmationem huius verioris opinionis moueor ex eo, quòd alibi notabiliter consuluit Bar. in consi. incipien. minister Fratrum Minorum, quod quando ex aliquo delicto principaliter offenditur Deus, absolutio facta in foro pœnitentiali, tollit, vt accusari non posit, sequitur Ana. in c. fi. de maledic. commendat pro notabili, Dec. consi. 137. col. 1. num. 3.

Et imputandum est parti aduersæ, quæ in hac causa aduersarium facit iudicem, & ab initio suam non probauit sententiam, & non, postquam iurauit de periurio quæri, aliàs esset illaqueare homines, quos fecit iudices, & eorum conscientiæ stare voluit. Præsumere enim debebat ab initio ipsum iuraturum ad sui commodum, & vtilitatem.

Arrestum Parisiense, referente Cassane. in consuetu. Burgund. titu. de retract. §. 12. num. 17. distinguebat, aut ex actu iurato resultat delictum priuatum tantum, prout quando tractatur solum de restitutione rei petitæ, & tunc solum Deum habet vltorem, nec extraordinariè punitur, iuxta l. fin. ff. de crimin. stellionat. Aut resultat delictum publicum, & tunc sit locus pœnæ extraordinariæ, ex l. fin. de crim. stellio.

Limitatur secundo loco ex mente aliorum, aut loquimur quoad Iudicem sæcularem, & procedat communis opinio negatiua, aut loquimur quoad Iudicem ecclesiasticum, & per eum puniri poterit, ita Prosper Farinac. quæst. 8. num. 142.

Sed certè attentis rationibus prædictis, nec per ecclesiasticum puniri poterit, cum in eo illemet militet; & Boer. licet in principio referat dictum Bald. de Iudice ecclesiastico, tamen inferius dando eius opinionem, indifferenter loquitur, excludendo in foro contentioso, etiam Iudicem ecclesiasticum.

8 Limitatur tertiò, † in foro cõscientiæ, quo attento, remouetur à testimonio, & ieiunare dẽt quadraginta dies in pane, & aqua, & pœnitent ã agere per septem annos sequentes, & nunquam cessare. Cano. constituimus. 3. q. 5. Cano. quicumque. 6. q. 1. Cano. qui sacramento. 22. q. 4. Tiber. Decian. in trac. crim. c. 19. nu. 10. tomo 1.

Addo Ias. in l. si duo. §. fi. ff. de iureiur. nu. 2.

Limitat hoc Nauarr. dummodo tale iuramentum sit præstitum in forma iudicii, & coram Iudice competente. Ita ipse de secundo præcepto, cap. 12. num. 8.

Et in foro contentioso negari non potest, quin tali sic peieranti, minor fides saltem adhibeatur, vt post alios sentit Tiber. Decian. cap. 12. num. 25. tomo. 2. vbi supra.

9 Et quoniam principalis difficultas eo tendere videtur, ad intellectum. l. fin. ff. de crim. stellionat. Considerauit qnandoque, quòd in eo contextu in duobus fuit erratum; in asserendo rem esse propriam, cum esset aliena, & in peierando. Primus defectus respicit crimen stellio-

natus, prout patet ex discursu.l.3.eodem titu.& hoc punitur, quia iuramentum venit quodammodo accessoriè ad confirmationem falsæ assertionis, quæ est de crimine stellionatus, & sic fortasse intelligi posset, & ita intellecta, euitatur in hac disputatione.

Declaratur autem principalis conclusio, quòd causa iuramento decisa retractari non potest, nisi l.specialiter caueatur, vt sentit textus in dicta l. 1.in fi. C. de rebus cred. & casus. l. specialiter prouisus est in l. fi. C. eo. fauore vltimæ voluntatis, vt omnes vno ore affirmant.

Crederem fortasse dici posse, circa intellectum dictę l. fin.quòd ibi re vera non sit fauore vltimæ voluntatis, sed quia per meram inspectionem euidentis scripturæ. Contrarium liquido apparere poterat. Vnde, nedum in testamento, sed in similibus, quibus negatiua per scripturam euidentem probari poterat dispositionem. l.illius militare crederem: & hoc apertè annuere videntur verba. l. quæ in eo se fundare videntur, non quia testamentū, vel vltima uoluntas, sed quia scriptura patenter contrarium demonstrat. Vnde iurans soluisse collectas, exhibito libro, conuincitur, & sic de singulis, quia sumus in actu nimium manifesto: non mirum si retractatur. Et ita crederem verum sensum illius.

Res igitur iuramento decisa, retractatur per scripturam authenticam, qua contrarium ex eius inspectione demonstratur. Vnde, si iuro mihi centū debita, & dicatur apparere instrumentum, si per inspectionem legendo contrarium appareat, retractatur iuramentum.

Et hunc crederem verum intellectum dictæ legis.

Et quando sequi malis communem sensum, si fauore vltimæ voluntatis, retractatur causa iuramento decisa: Cur fauore eiusdemmet vltimæ voluntatis periurium in casu tam manifesto non puniatur. Si igitur ibi periurium non punitur, & sumus in casu fauorabili, minus igitur punietur in aliis casibus.

QVAESTIO TERTIA IX. QVAEST. Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Intellectus uarij ad l.secundam.C.de reb.cred.*
2 *Reus respondendo inquisitioni negatiuæ cum iuramento, non est periurus.*
3 *Periurium istud, an sit peccatum mortale.*
4 *Iurans calore iracundiæ, per personam Principis, peierando, non punitur.*
5 *Iuramentum præstitum calore iracundiæ, an obliget, tam de iure Ciuili, quàm Canonico.*
6 *Periurium commissum sedato animo, qualiter puniatur.*

ET QVO-

1 ET QVONIAM hucusq; † actum fuit de materia. l. 2. C. de reb. cred. quæ varios recipit intellectus; ob id referã varios dictæ legis in materia vtiles, & fructuosos, ad prædictorum intelligentiam.

Primus igitur est intellectus ad l. 2. vt loquatur de iur̃o litis decisorio, vt solum Deũ habeat vltorẽ, nec in hoc sæculo puniatur, & ita ẽt tenet Soc. in l. aduersus. in primo not. ff. de iureiu. & facit tex. in l. non erit. §. dato. ff. de iureiur. & melior textus iudicio meo in §. ęquè. Instit. de excep. Vbi exp̃sse deciditur, qđ præstito iur̃o non est de p̃iurio q̃rẽdũ vlterius.

Contra quẽ vrgere vr̃ tex. in l. nã sufficit, iuncta l. præcedenti. ff. de dol. vbi in dolo iurante consideratur pœna periurij: ergo post iur̃m litis decisiuum de periurio quæritur, nisi cũ Accurs. ibidẽ dicatur, sufficit periurij pœna, idest diuina vltio, iuxta l. 2. C. de reb. cred. cõiter tñ tenetur. Tib. Dec. trac. crim. to. 2. c. 13. col. 5. versi. ego verò, &c.

Secundus itaque est intellectus ad d. l. 2. quòd periurium nemini nociuum solum Deum habet vltorem, puta, quis iurauit non comedere carnes, obseruare tale votum, & similia. Quod si cuipiam noceret, non esset locus dispositioni talis. l. 2. & ita sentiunt Cyn. Bal. & Ang. in discursu dictæ legis. glo. in Cano. quicunque, in verbo recipiatur. 6. q. 1. Afflict. in c. 1. §. si. nu. 20. de consuet. rect. feud. idem in constit. Regni qui scienter. num. 16. Ias. in §. item si quis, el secondo. num. 63. de act. * in l. si duo. §. fin. num. 1. ff. de iureiur. & hæc est communis opinio. Bero. quæstio. 132. nu. 6. Ioan. de Amic. consi. 109. in fi. Iul. Clar. in §. periurium. versic. potest etiam, in fin.

Et maximè, si per viam accusationis procedatur, qđ nullo mõ fieri põt. Sign. cons. 240. nu. 5. & 244. nu. 16. Anch. cons. 24. vers. præterea dolus. Rui. consi. 81. nu. 9. vol. 4. Ripa in c. 2. nu. 10 de rescript.

2 Hinc postea † infertur, quod reus respõdendo inquisitioni, si negat cum iuramento, non est periurus, nec de periurio puniri potest in foro contentioso. Ita dixit notabiliter Alex. ad Bar. in l. 1. ff. de bon. eor. qui ante sent. mort. sibi consc. commendat pro notabili Marant. de ord. iudic. in verbo interrogatio. nu. 9. dixit alibi non legisse Neuizz. in Silua nupt. lib. 3. in verbo monitorij. num. 43. in fi. & est dictum, quod pauci sciunt, ut dicit pulchra Apostill. ad Abbat. in c. 1. de test. cog. & hæc * est communis opinio. Iul. Clar. in §. fin. q. 45. versic. Quid ergo; cui nemo contradicit. Bero. q. 134. num. 3.

Sed numquid tale periurium sit peccatum mortale. Domin. Sot. de iust. & iure, libro octauo, quæstio. 2. artic. 3. quæst. 8. in fine, asserens intrepide, quod periurium est peccatum mortale, etiã si quis diceret ad sui commodũ, & ad se liberandũ à morte: vel innocẽtẽ, vel Regem, vel Rẽpublicã à proditione; & contrariũ asserere, dr̃ hæresis ex cõmuni.

Eman.

Eman.in Thesaur.littera P.num.97.Pano in cap.super, de confess.dicebat, aut proceditur per inquisitionem, & non tenetur confiteri, nisi in tribus casibus. Primò, si factum est notorium; secundò, si est infamatus;tertio, si habeat semiplenè probatum, istis casibus confiteri tenetur,aliàs peccat mortaliter,ex Diuo Thom.22. quæstio.69. artic.1. textus notabilis,in cap.dilecti, de accusat. sentit hoc idem Nauarr. in Manual.de secundo præcep.cap.12.nu.9.

Modificat hoc Sum.Angel.in verbo confessio, in princ. vt procedat quando non agitur ad aliam pœnam, quàm spiritualem: quod valdè notandum dicit Neuizz.in Silua,in verbo,monitione,nu.42.in fi.

Si verò procedatur per viam accusationis,non tenetur confiteri,nisi factum sit famosum,& impediat ordinis executionem, seu beneficij retentionem,de qua nec venit imponenda pœna temporalis: vbi subdit non mentiendum,sed vtendum verbis duplicibus,& simulatis, adde Siluestr.in verbo,accusatio.13.

Tertius itaque est intellectus ad l.1. C.de rebus credit. & iureiurã. considerando,prout considerari potest,tres casus principales. Primus est,cum quis iurat per Principem, animo tamen sedato, si tunc peierasse conuincitur,de crimine inquiritur, & fustibus ceditur. Ita clarè probat.l.si duo.§.fin.ff.de iureiuran. Quem textum sic omnes intelligunt,vt Cyn.Alber.& Salic.in l.2.C.de rebus credit. Duaren. libro 2. disputatio. anniuersa. cap.37. nec dissentit.Iacob.Cuiacius lib.2.obseruatio.iur.cap.19.Robert.Aurelian.lib.2. sentent.iur. cap.20. & nemo est,qui in hoc capite contradicat. Iurans enim per genium Principis, fustibus ceditur peierando. glo. in l. nam sufficit, ff. de dolo.in canon. Rex, versic. & Periurus.23.q.5.Guid.Pap.consi.89.col.2.quæst.delfinal.44. Barbat.consi.15.uol.1.Soc.consi.7.uol.1.

4 Secũdus casus † principalis est, cum quis calore iracundiæ per personam Principis peierauit:tunc non punitur.d.l.2.§.1.C.de reb.credit. quem textum sic omnes ibi intelligunt.

Declara id verum, dummodo ira ex iusta causa proueniat. Ias. in l. si duo. §.fi.ff.de iureiur.tradit etiam Bero.consi.189.nu.4.lib.3.

5 Et antequam † ulterius progrediamur: quæro hic obiter, an iuramentum præstitum calore iracundiæ obliget. Et loquendo primo loco de iure ciuili,dicitur quòd non,ex l.2.C.ad leg.Iul.Maiestat.& ibi glo. dicit, quod licet iurans per Principem non incurrat peierando pœnã læsæ maiestatis,tamen hodie illa lex est correcta, & sic periurium commissum per iuramentum Principis calore iracundiæ,hodie punitur, vt in Authen.vt non luxurient contra naturam. collatio.6.sed ipsius gloss. opinio in hoc communiter reprobatur, vt ibi clarè Cyn. Alberic. & Angel.affirmant.

Vnde melius colligitur declaratio ex dictis Salic.ibidem, aut iura-

mentum

mentũ eſt reprobatũ in ſui forma, puta, quia per ſacra ꝓhibita, & procedat opinio glo. aut non erat prohibitum, prout in dicta l. 2. & tunc procedat diſpoſitio dictæ l. 2. Aut igitur cum calore iracũdiæ concurrit forma iuramenti reprobati, & tunc punitur, aut non concurrit, & tunc calor iuramenti per Principem non reddit eum punibilem.

Quòd igitur iuramentum calore iracundiæ præſtitum non obliget, adducitur textus in cap. ſicut ex literis de iureiuran. vbi Ioan. Andr. hoc no. Iaſ. in l. ſi filiam, ſub num. 4. verſic. ſimiliter, C. de inoffic. teſtamen. Dec. in l. quidquid calore, num. 4. ff. de reg. iur. Roma. ſing. 5014. num. 3. Tiraquel. de pœnis, cauſa prima, num. 26. Ant. de Petrut. in repetitio. l. 1. effectu. 51. nu. 299. de iureiur.

Et ſi illum textum perpendamus, videtur contrarium probare, dũ ibi dicitur, quòd ille monachus debet de ſua temeritate grauiter puniri, ex eo, quod iurauit de non morando in monaſterio, vt cæteris tranſeat in exemplum. & videmus in ſimili teſtem puniri de temeraria aſſertione, quamuis falſum non depoſuerit, glo. & Doct. in l. 2. in verbo, tacita aſſeueratio, ff. quod quiſque iur. Calcan. conſi. 25. col. 3. quia in eo præſumitur dolus, aſſerendo, vel affirmando quod ignorat. l. Iulianus, ff. de actio. empti. per quem ita dixit Crauet. conſi. 249. num. 6. & talis dicitur teſtis temerarius, vt per eundem textum dicit Signorol. conſi. 149. nu. 8. quia nemo debet aſſerere id, de quo non eſt certus, argumen. cap. 1. de ſcrutin. cap. ad falſandum, de fal. & l. eos, eod. tit. ſic temerarius litigator punitur in ſumptibus, & expenſis. l. eum, quem temere, ff. de iudic.

Et ob id videtur, quod ideo ibi iuramentum non obligat, quia temerarium, & contra fidem profeſsionis, prout clarè videtur ibi, reſpondemus, &c.

Abb. tamen ibi poſt alios relatos concludit, quod in eo caſu iuramentum, ſi non fuiſſet temerarium, non obligaret, quia per iracundiã præſtitum. Tunc enim non videtur habere conſenſum, qui in iuramẽto præcipuè requiritur. l. fi. C. de non numerat. pec.

Dura mihi videtur conſideratio Abb. iuxta caſum in dicto cap. propoſitum, vbi præcipuè damnatur maxima temeritas illius Monaci iurantis contra propriam profeſsionem.

Sed retenta ſaltem in ſe opinione Abbat. quod iuramẽtum per iracundiam præſtitum non obliget.

Limitat Felin. in dicto cap. ſicut, ſub num. 4. quod verum ſit, quoad Deum, qui eſt ſcrutator cordium: ſecus quoad eccleſiam, quæ in dubio præſumit iuramentum ex deliberatione, & propoſito præſtitum. Vnde in dubio obligabit, licet iracundia allegetur.

Limitatur ſecundo loco, vt non habeat locum in quauis ſpecie iracundiæ, ſed debet eſſe talis, quæ mentis alienationem induceret. Felin.

poſt

post Abb.in d.cap.sicut.num.3.Vbi hoc valdè commendat, & in cap. dilecti filij. colum.fin.de exceptio. Bauer. de viribus iuramen. versic. 78.Dec.ad l.quidquid calore.num.1. ubi Cagnol.nu.4. ff. de reg. iur. Serafi.de iuramen.priuileg. 143.in fi.

Et ad hoc propositum dabat Aristoteles similitudinem: sicut fumus mordicans videre non sinit quæ pedibus adiacent; sic iracundia oboriens, orationem offuscat, & quod bonum mens habitura fuerat à ratione, ipsa iracundia non sinit sine labore, ac molestia potiri.

Pithagoras etiam Samius discipulos suos monebat], ne quid unquã per iram facerent, uel dicerent. Vnde Architas Tarentinus, vt præceptoris sui monita sequeretur, cum villico seruo, qui grauiter deliquerat, succensuisset, ait, punirem nunc te, nisi iratus essem.

Claudius autem Cæsar, videns iræ periculum, considerauit pruden ter in iracundia duos status; primus est status perbreuis, & innoxius: est ille primus animi motus, qui non est in potestate nostra: alter verò status est quando est aliquo iudicio confirmata, & hanc appellabat nõ iniquam, sed quasi iustitiæ vltionem.

Illud etiam obliuioni in hac specie non est tradendum, quod quidam ad iram capessendam sunt faciles, eam quoque facillimè deponunt, sicuti Horatius de se verba faciens.lib.2.Epist.Ad librum suum:

Irasci, celerem tamen, ut placabilis esset.

A naturaque comparatum est, ut qui faciles assumendis quibuslibet perturbationibus sunt, sint etiam deponendis: Et, versa vice, qui sunt tardi recipiendis, sint & reiiciendis: & sicut ab Aristotele diffinitum est, adolescentes, qui ad irascendum prompti sunt, citò amici fiunt, vt latè discurrit Plac.Epitom. delict.c. 1.qui perbelle loquitur.

Ex quibus sic allegatis vidētur posse colligi duo in materia, de qua agimus. Namque consideranda est qualitas personæ irascentis: si enim natura ad iram prona est; promissio, vel iuramentum nihil obligabit. Considerari secundo debet in quo tempore iratus aliquid disponat, iuxta dictum Claudij Cæsaris superius adductum. Nam si in primis motibus, excusatur, cum non sint in potestate nostra. Et verè in primis animi motibus verificatʼ dictũ Aristotelis superius allegatũ, quod ira est fumus mordicus, oculus videre impediens. Considerari etiam potest ex prædictis, quod si pronus facilè ad iram aliquid agat post paullum temporis, obligatus remanebit, quia videtur cessasse illa furoris cęcitas, quæ in similibus citò venit, & citò præterit, vt diximus: & hoc ex circũstantiis, & relatione facti sicuti bonus Iudex arbitrabitur. Est etiam consideranda causa, & principium; hinc videmus, quod licet iure ciuili inspecta blasphemans puniatur vltimo supplicio. Authen. ne luxurien. contra naturam, post principium: tñ de iure Canonico punitur aliis grauib. pœnis, citrà mortẽ, prout in c.2. de maledic.

Qui

Qui textus limitatur, ut non procedat in blasphemante calore iracundiæ, vt voluerunt Goffred. Abb. Antiquus. Boich. colum. 1. Panor. Ioan. Andr. & alij in dicto cap. 2. per textum in l. 2. in fine. C. de iniur. in l. si non conuicij. C. eodem. Archidiac. in Canon. quid ergo. 23. q. 5. dicens Hieronymum ibi de huiusmodi blasphemia loqui, cum leuem esse culpam asserit.

Sublimitatur autem in blasphemante causa iracundiæ in ludo: ita post alios Ias. in l. si filiam. num. 7. C. de inoffic. testam. per textum in Canon. inebriauerunt. 15. q. 1.

Licet in hoc contrarium teneat expresse Dec. in consi. 163. colum. 7. vbi subdit ulterius, quòd si omnes blasphemantes in ludo repellerentur à testimonio, paucissimi erunt habiles ad testificandum.

Et materiam declarando, dicebat Bal. in l. si non conuicij. C. de iniur. quædam esse, quæ iuris sortiuntur effectum, vt contractus, repudium, confessio, votum, iuramentum, & similia, & ista per iracundiã impediuntur, quia non procedunt ex animo, sed animi alteratione. l. 3. de diuort. Quædam iuris non sortiuntur effectum, ut maleficia, & tũc non curatur iracundia: si enim in delictis excusaret iracundia, paucissimi punirentur. Et in iurante, duo vidẽtur inesse, obligationem, quoad obseruantiam iuramenti præstiti, & pœnam quoad periurium: & circa pœnam, aut loquimur quoad pœnam facti super quo deliquit, aut quoad pœnam ipsius periurij, iuxta l. 2. C. ad leg. Iul. maiestat. quę, ni fallor, ita videtur intelligenda, vt non puniatur. l. Iul. maiestat. non per hoc tollitur, quin alia pœna, quoad periurium in se.

Vnde periurium etiam calore iracundiæ emanatum est peccatum Abb. in cap. 1. in 2. notab. de his, qui filios occide. Felin. in cap. sicut. num. 2. de iureiur. Vbi limitat inferius, nisi fuerit talis iracundia, quæ inducat mentis alienationem, quo casu excusat à peccato.

Mitigatur tamen semper pœna, ex l. si adulterium, cum incestu. §. Imperatorem. ff. de adult. ibi: quis enim posset iustum dolorem tẽperare. Quem textum ad hoc propositum dicit ibi Ange. singularem. Pan. in cap. 1. de iniur. Aret. consi. 34. paulò ante finem. Ias. in l. vt vim. col. 3. vers. 3. multum aduerte. ff. de iust. & iur. Valdè singularẽ dicit Fel. in cap. significasti, huius initij. 2. colum. penult. uersic. 3. conclus. de homicid. latè commendat, & multis modis ampliat Tiraquell. de pęnis, causa prima. num 3. cum multis sequen. Cagnol. ad l. quod calore. nume. 7. de reg. iur.

6 Tertius est casus, † cum quis animo sedato iurat per Deum Optimum Maximum. Et in hoc secundo casu, duæ sunt contrariæ scribentium sententiæ. Prima fuit opinio, periurium puniri extra ordinem, iudicis arbitrio, & hanc opinionem tenuit Cagnol. ad l. si quis maior. nu. 127. C. de trãs. post Guid. Pap. Capel. Thol. & Soc. quos alleg. Ro

F man. sin-

man.singul.420.Ego.Ias.in l.si duo. §.fin. num.1. in fi. de iureiur.in §. item si quis postulante.nu.35. Insti. de actio.Et ibi Gomes.nu.29.idẽ censuit Bolognet.consi.28.colum.1.Ioan.de Selua. in tract. de iureiu. num.60.Bauer.de uirib.iuramen.num.123.Vitalin.in Clemen.Dudũ, in §.cæterum.num.16.de sepult.& in tract.malefic.rubr.de pęna blaspheman.num.10.Montolo.in promptuar.iur.in verbo Periurus. Cur. iun.in d.l.si quis maior,num.35.Iacob.Concenn. q.Iuris ciuilis. cap. 2.num.8.Didac.in cap.quamuis.par.1.§.7.num.4.in fine,de pactis, lib. 6.Robert.Aurelian.lib.2.Sententiarum. cap.20. Duaren.lib.2. disputat.anniuers.cap.37.in hanc sententiam adducuntur,& l.fin. ff. de crimine stellionat.cui fortasse responderi posset, prout superius dictũ fuit ibi,duo includi,primum est factum, quo resultat crimen stellionatus, scilicet assertio,de qua ibi, & periuriũ punitur,ibi principale est factũ, quia iuramentum est accessorium ad illud factum. Et ista opinio nunquam mihi displicuit,quàm sentit etiam glo.in d.l. fi. quicquid Dom. Menoch.aliter sentiat.

Secunda est opinio,ut solum Deum in hoc habeat vltorem, quam communiter tenent Bero.& Boer.superius citati, ibi videre placeat, quæst.proximè præcedenti.

Quartus est intellectus ad d.l. 2. vt loquatur in iuramento calumniæ,quod si violetur,nulla sit constituta pœna, sed solum Deum habeat vltorem,quem sequitur Bal.consi.299.uol.5. & hic sensus vitiosus videtur,qui nimium restringat textum.

Quintus est ad illum textum intellectus.glo.in l.fin. de crimine stellionat.in l.nam sufficit, de iureiur. quod ordinariè non puniatur, sed extra ordinem iudicis arbitrio,per l.fi.ff.de crim.stellion.

Qui sensus nullo modo quadrare põt, quia ibi nulla est differentia inter ordinariam,& extraordinariam pęnam, neque de hac pęnarum varietate sensisse potuit ille textus,ex quo,neque expressè,neque tacitè id colligi potest,sed tantum facit differentiam inter pęnam diuinã, & humanam:quem sensum sequitur Roman. singul. 425. ego,& alij superius citati.

Communis igitur,& vera est interpretatio ad l.2. C. de reb.credit. vt solum Deum habeat vltorem,periurium commissum in iuramento litis decisiuo,nec vlterius in hoc quærendum sit,prout superius diximus in relatione primi intellectus.

Cum igitur præstito iuramento iniquum sit de periurio quæri, sed solum Deum habeat vltorem, si actor agat, repellitur exceptione iurisiurandi ad litis decisionem.

Sed numquid dabitur replicatio doli? in hoc distinguendum videtur,aut iuraui dolosè,aut dolosè fui inductus ad iurandum. Primo casu,dolus allegari non potest,secundo casu,sic. Bar. in l.aduersus. ff.de.

exceptio.

exceptio. Et licet ibi subtiliter more suo dubitauerit Cuman. tamen post multa in ea residet, & respondet ibi Soc.

Exceptio igitur iusiurandi est litis finitæ, & periurium in hoc iuramento solum Deum habet vltorem. si tamen me iurantem, dolosè, & cum artificio induxisti ad iurandum, competat replicatio doli, ex l. quod si deferente. ff. de dolo, sic ab omnibus declarata, & intellecta.

QVAEST. QVARTA IX. QVAEST. Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Iuramento præstito, nihil vlterius est quærendum.*
2 *Procurator comparens in electione facienda, & iurans Dominum impeditum, si probetur contrarium, non auditur; sed Iudex ex officio probationes admittet.*
4 *Iuramenti exceptione repulsus, potest implorare officium Iudicis, vt se informet de allegatis per eum.*
4 *Statutum prohibens contra instrumentum opponi exceptiones aliquas, potest implorare tamen Iudicis officium.*
5 *Si alicui est præclusa via excipiendi, non repellitur ab implorando officium Iudicis, vt se informet de tali exceptione.*
6 *Causa matrimonialis iuramento decisa, an retractari possit.*
7 *Sententia data contra matrimonium, numquam transit in iudicatum.*
8 *Confessor, an, & quando cogi possit reuelare confessionem in iudicio, uel extra, & quando probet.*
9 *Causa iuramento decisa delata ab homine, nō retractatur: secus si à lege, uel statuto, quia contrarium adhuc probari poterit.*
10 *Statutum disponens, quòd in causis damnorum datorum stetur iuramento damnum passi, non tollit, quin possit probari contrarium.*
11 *Exceptiones, quæ ueniunt ex natura contractus, non tolluntur per iuramentum litis decisorium.*
12 *Intellectus ad l. eum, qui. §. si mulier, de iureiur.*
13 *Verbum, deberi, intelligitur cum totali effectu.*
14 *Exceptiones, quæ æquitatem respiciunt possunt opponi contra iuramentum litis decisorium.*
15 *Exceptio, ne conueniatur ultra quam facere poßit, potest opponi contra iuramentum litis decisorium.*
16 *Intellectus ad l. Nesennius. § fi. de re iudic.*
17 *Vsufructuario opponi potest exceptio fideiussionis non præstitæ.*
18 *Exceptio pretij non soluti potest opponi contra iuramentum litis decisoriū.*

 19 *Exce-*

19 *Exceptio euictionis potest opponi contra iuramentum litis decisorium.*
20 *Exceptio, quæ uenit de consuetudine potest opponi contra iuramentum litis decisorium.*
21 *Exceptio implementi potest opponi contra iuramentum litis decisorium.*
22 *Admissus ad examinandum testes post conclusionem in causa, iurans antea notitiam non habuisse, si ex testibus detegatur scientia, depositio est nulla.*

1 CONCLVSIO igitur † est regulariter firmissima: ex prædictis præstito iuramento, nihil vlterius querendum.

Ampliatur hæc regula, vt procedat etiam in spiritualibus, in quibus non est probatio in contrarium post iuramentum, nisi ex Iudicis officio Abb. post Inn. & Host. in c. quia propter. §. illud, de electio.

2 Hinc postea, † si in electione facienda comparuit aliquis Procurator, & iurauit Dominum impeditum, & sic non posse accedere, & interuenire, & ipse pro domino ad eligendum fuit admissus, si postea aliquis, cuius interest, velit probare contrarium, & consequenter Dominum non fuisse impeditum, non auditur, quia causa est iuramento decisa. Bene tamen poterit Iudex ex officio probationes admittere, vt veritas appareat. Ita Abb. in d. §. illud. num. 3. dicens hoc valdè notabile, & singulare.

Et sic, præstito iuramento, bonum erit implorare Iudicis officium, suggerendo eidem informationes super veritate reperienda.

3 Et nedum † in casu prædicto veram crederem hanc opinionem, sed generaliter conclusionem poni posse, vt licet quis repellatur exceptione iurisiurandi, tamen poterit implorare officium Iudicis, ut se informet de allegatis per eum, & hanc credo cautelam in hoc iuramento litis decisorio, vt post ipsum præstitum imploretur officium Iudicis, & & ad hoc moueor ex multis similibus.

4 Primò statutum † prohibens contra instrumentum opponi, nisi tales exceptiones in eo expressas: tamen semper poterit implorare officium Iudicis, quod nullatenus censetur per talia verba exclusum. Bar. in l. 1. § & parui. num. 8. ff. quod vi, aut clam, in l. planè. num. 4. Vbi dicit mirabile. ff. de petit. hæredit. in l. & ita. §. nouissimè. num. 1. ff. naut. caupon. stabular. Ias. in l. postquam liti. num. 19. C. de pact. Canna. de execut. instrumen. q. 6. Bart. 3. de guarantigia. par. 3. q. 19. Papiens. de execut. senten. glo. 1. num. 10. & ibi latè Masuer. in additio. littera G. Sfor. de restit. par. 1. q. 42. art. 6. num. 29. Franc. de Curt. in repet. l. admonendi. num. 28. de iureiur.

Secundò moueor per id, quod notat Specul. in tit. de probatio. §. videndum.

dendum. vers. quid, si debitor, vbi debitor, qui iurauit non probare solutionem, nisi per instrumentum incisum, tamen potest procurare, vt testes super solutione recipiantur officio Iudicis. Commẽdat pro cautela notabili Veronens. cautela 251. Dubitari potest. Commendat pro notabili Ioan. de Arno. soliloq. 58. in fine. Dixit valde notabile Ias. in l. iubemus, sub nu. 5. vers. dixit tamen signanter Spec. &c. Commendat etiam in l. vbi pactum. nu. 14. C. de transac.

5 Tertiò moueor, † quòd, si alicui est præclusa via excipiendi, quia elapsus est statutus terminus à Iudice, vel à lege, vel iam lata sentẽtia, potest tñ implorari officiũ Iudicis, vt se informet de tali exceptione. Angel. in l. nam & postea. §. si damnetur, de iureiur. dicens hoc valdè notandum ab aduocatis, & in l. fi. ff. de petit. hæredit. Ias. amplians, etiã si ex actis appareat talem exceptionem non competere in l. 1. col. 5. in fine. ff. de iurisdic. omn. iudic. vbi etiam valdè in practica commendat. Vide tamen quæst.

Licebit igitur, etiam post iuramentum præstitum, non excipere, nec de periurio criminaliter inquirere, sed extra ordinem Iudicis officium implorare super allegatis per implorantem, vt veritas appareat, & ne iurans quandoque locupletetur cum iactura aliena.

6 Limitatur primo † loco principaliter hæc conclusio, vt non procedat in causa matrimoniali, in quo articulo, rem clarè explicando, considerandi sunt aliqui casus.

Primus est in actu negatiuo, s. vbi quis negat matrimonium contractum, an tali neganti sit deferendum iuramentum ad conualidandum eius negatiuam: & vtique non; cum matrimonium sit indissolubile, ut patet in eius diffinitione. Instit. de nupt. in princ. & quos Deus coniunxit, homo non separet. Cano. quos Deus. 33. quæstio. 2. Cano. sunt qui. 27. q. 2. Matthæi 19. Marc. 10.

Secundus casus est, si fuerit delatum in actu negatiuo, vlterius quęritur, & contrarium probari potest. Ias. in l. ait prætor. §. iurau. vers. dato. nu. 6. limit. 1. de iureiur.

Tertius est casus in actu affirmatiuo; puta, quis asserit matrimoniũ contractum, bene potest deferri iuramentum per illum, qui negat; &, si iurabit, habebitur matrimonium pro contracto, quia bene possum de nouo contrahere, licet non contractum dissoluere, & hoc, si erat solutus cum soluta, & habiles ad contrahendum, aliàs non fieret præiudicium alteri, vt in cap. super, de eo, qui cognou. consangu. vxor. suæ. Castrens. post glo. in dicta l. 3. num. 11. Corras. de communi. Miscella. libro 3. cap. 4. num. 6.

Casus est frequens, quia iuuenes amore capti promittunt sæpius ducere in vxores puellas, & iuuenculas ad effectum fruendi; effectu autem secuto, nescio vos: & non potest probari per testes, quia in secreto fiunt.

to fiunt. Declara vt non operetur in præiudicium tertij. Didaç.de spõ sal.§.1.num.5.

7 Et ad † confirmationem facit, quia sententia lata contra matrimonium, nunquam transit in iudicatum, quin ad fauorem matrimonij retractari possit, ex nouis probationibus, cap. tenor, cap.lator, capit. consanguinei, de re iudicat. Vnde in actu negatiuo, aut non est deferendum, aut si de facto fuerit delatum, poterit per testes retractari.

In matrimonio autem iam contracto, contrarium probari potest per obstetricum aspectum, & similes probationes. Didaç. in Epitom. de spons.cap.3.§.1.num.14.

Et ad hoc propositum in facto occurrit; aliquis, puellæ amore captus, vt ea commodius potiri possit, promisit in vxorem ducere: effectu secuto, iuuenis negat: & quia ante venerunt solemnia paschalia, quibus diebus iuuenis confessus est, iuxta ecclesiæ ordinem peccata sua; inducitur confessor in testem: nunquid cogi possit? & vtique nõ; nisi duobus principaliter concurrentibus, scilicet, quòd sacerdos sit fi-
8 de dignus, & quòd habuerit licentiam à confitente † confessionem suã reuelandi; quibus concurrentibus, potest, & facit fidem. Lap.allegatio. 94. Cuius doctrinam refert, & sequitur Felin.in cap. veniens 2. col. 9. de testib. ubi allegat Ioan.Calderin.consi.25.testator habens filios. Nauarr.in Manual.cap.8.

* Addo bene, & vtiliter loquentes, quòd hæc est communis opinio. Felin.in cap.testimonium.colum.10.de testib. Rip.de peste, de remed. conseruat.ad curan.pestem.num.108. Viui.latè de cõmmuni, lib.1.opinio.50. Emanu.in suo Thesaur.littera C.num.255. Cotta in memorabil.in verbo, iuramentum probat. Vbi in hoc non statur iuramento sacerdotis, quia homines sunt proni ad deierandum, sed in sacerdote nõ ita de facili præsumendum. Ant.Gabr.de testib.conclus.1.nu.26. Ripa de remed.ad curan.pest. num.107.

Etiamsi Pontifex Maximus mandet. Rebuff. ad Cano. vtriusque sexus, in verbo, adimplere.col. ibi 14. versic.ex quo infertur. Sum. Angeli.in uerbo, confessio, ult.nu.3.

Etiamsi fierent, & probarentur litteræ monitoriales, ad id reuellandum. Silua nupt.in verbo, monitoris, ampliatio.5.num.45. & debet dicere se nihil scire. Sum. Angeli. de communi, in verbo, confessio, vltimo.numero 4.

Speciale tamen est in causa matrimoniali, vt reuelando, prædictis circunstantiis non adhibitis, probet, & fidem faciat ad matrimonium confirmandum glo.celebris, & reputata singularis in capit. tua nos, in verbo, qualiter, de homicid. Quam singularem dixit Roman. in l.si nõ speciali. C. de testam. Ias.in l. 1.§.huius studij.num.6.ff.de iust.& iu.in l.patre furioso.num.7.ff.de his, qui sunt sui, uel alien.apostill. ad Felin.

in cap.

in cap.testimonium.num.35.de testib.& in cap.1.colum.1. de except. Crot.de testib. num.350.

De quo valdè dubitauit Ias.in l.reprehendenda.num.5. C.de instit. & substitut.Silua nupt.in verbo, monitoriæ. Ampliat.5. sub num.45. Rebuff.ad Cano.Omnis vtriusque sexus, in uerbo, adimplere. colum. 12.ver.& si productus in testem.de pœnit.ea ratione,quia sciuit ut Deus non potest,nec debet reuelare ut homo:et in vtilitatem alterius.Et sentit Angel. in uerbo, confessio. ult.num. 5. etiam ex parte confitentis, quia non possunt dispensare in lege naturæ diuina, & essentia sacramẽti,& dicit Ripa in trac.de peste,de remed.conseruat.ad pestem. nume. 107.quòd illa glo.non loquitur in foro fori, sed tantum in foro poli, prout etiam ibidem no.Panor. uer.Concilia ad matrimonij ualiditatẽ, secus ad eum informandum.Didac.in Epitom. de spons. cap.8.§.12. num.10.Fortun.in l.1.§.huius studii.num.21.de iust.& iu.Menoch. de præsump.lib.6.præsump.115.

Et recusatio confitentis non inducit præsumptionem ad fauorem puellæ pro matrimonio. . . . .inter cons.matrim.69.nu.27.

Limitatur secundo loco principaliter, ut procedat in iuramento,
9 quod defertur ab homine:secus si a lege,uel statuto,† quia adhuc cõtrarium probari poterit. Hinc, si per statutum disponatur, quòd in cau-
10 sis damnorum datorum † stetur iuramento damnum passi,tamen cõtrarium probari poterit, ut post multos relatos dixi ad regulam, cum quid,par. 1.q.1.ibi prima.

Addo Ioan.de Amo.Epitome 25.vbi hoc ualdè commendat, dicẽs in facto sæpius occurrere. Didac.de communi in Epitome de sponsal. cap.3.§.1.num.14.Soarez in suo Thesau.littera I.nu.320.

Quos non allegat Plot.ex professo tractans in tit.de in lit.iuran.

11 Limitatur tertiò † loco principaliter, ut non tollantur ea, quæ ueniunt ex natura contractus;& in hoc discutienda sunt duo iura,ex quibus colligatur, quæ exceptiones sint sublatæ per iuramentum litis decisorium,& quæ remaneant,& opponi possint. Primo igitur loco est
12 textus in l.eum,qui.§.si mulier.ff.de iureiur.In quo † duo sunt intellectus: primus est gl. ibidem, soluto matrimonio,si mulieri super dote deferatur iuramentum decisorium. Distinguendum videtur in uerbis, quibus usus est in iurando:si enim dixit,deberi decem,non poterit op-
13 poni exceptio,ne cõueniatur ultra,quã facere posit: † quia,uerbum, deberi,intelligitur cũ totali effectu,& consummatione.l.debitor. ff. de uerb.sign.& ibi Imo.sequitur.

Limitatur tamen,ut licet de rigore iuris,& mero iure inspecto,in solidum teneatur, ex ui uerbi, deberi; de æquitate tamen in executione poterit opponi exceptio,ut deducatur,ne egeat.Imo. post gl.i l.Nesennius.§.fi.in l.nõ tm̃,ff.de re iud.in l.ex diuerso.§.fi.i l.si prior. ff.so.ma.

Sublimi-

Sublimita, secundum Castrens. in d.l. ex diuerso. §. fin. nisi super facultatibus esset mota quæstio, & super eis iuratum.

Secundus est intellectus, quando mulier respicit præteritum, puta, dicit & iurat dedisse in dotem, puta decem, isto casu poterit opponi exceptio, quæ diminuat, puta impensarum factarum, & similis, quia possunt stare simul quod in præteritum decem, sed hodie non debentur, nisi sex, propter expensas factas in rebus dotalibus.

14 Colligitur ergo† ex discursu huius contextus, quòd contra iuramẽtum litis decisorium potest opponi exceptio, quæ æquitatem respiciat. Vnde si iuro mihi deberi in præsenti decem, per illum, qui non

15 potest conueniri, nisi inquantum facere potest, † tenetur ille insolidũ, & absolutè: tamen ex æquitate iuris, & executione, poterit opponere exceptionem, ne conueniatur ultra quam facere possit: & sic per iuramentum litis decisorium non tollitur priuilegium, uel exceptio introducta ad fauorem rei conuenti.

Et sic, meo iudicio, uidetur, quod possit inferri ampliatio ad l. Ne-

16 sennium. §. fin. & l. non tantum. ff. de re iudic. & † l. diuus Pius. ff. de re gu. iur. & alia iura, quæ uolunt maritum, donatorem, & similes habere exceptionẽ, ne conueniãtur ultra quam facere possint. Nam hoc procedet, & habebit locum, etiam in causa decisa, & terminata per iuramentum litis decisorium, in cuius executione talis exceptio opponi poterit.

Sicut per iuramentum litis decisorium non censentur sublatæ exceptiones, quæ ueniunt ex natura actus, ex textu notabili, in l. eum, qui. §. fin. ff. de iureiur. qui est alter contextus principalis in hac limitatio-

17 ne. Vnde, † si quis iurauerit vsumfructum deberi, in executione illius poterit excipi, & opponi, quòd non est præstita cautio de utendo, & fruendo, arbitrio boni uiri, de inuentario, & similibus quæ veniunt ex natura vsusfructus, ut dicit pulchrè textus in dicto §. fin. Grammatic. consil. ciui. 11. numero 4. Guid. Pap. quæstio. 519. Seraf. de iuramen. priuileg. 127.

18 Et iuxta † prædicta illatiue quæri posset, iuraui te mihi uendidisse fundum pro decem; si ago, an poteris opponere exceptionem pretij non soluti, & Spec. in tit. de executio. sentent. § fin. uers. sic. illud autem quæritur, tenuit quòd non: ea ratione, quia exceptio pretii non soluti est peremptoria, quæ opponi non potest contra iuramentum, sicut nec contra sententiam in executione ipsius: & hanc opin. Specu. tenet, & comprobat Bar. in l. si duo. §. si quis iurauerit. num. 3. & ibi Bald. & Ang. sequuntur. ff. de iureiur.

Contrarium tenet Salyc. ibidem, ea ratione, quia exceptio pretij non soluti, est dilatoria executionis, & exceptiones, quæ executionem concernunt, licet opponi possint ad processum, tamen nõ impediuntur op-

tur opponi ad executionem sententiæ, iuxta no. in l. 1. C. de iur. & fact. ignorant.

Secundò mouetur Salic. & bene, quia ista exceptio oritur ex iureiurando, cuius uigore agitur ad tradendum; ergo debet post illum opponi posse iuxta no. in l. 1. C. de re iud.

Fulgos. hanc eandem opinionem sequendo, confirmat eam alia ratione: si enim vẽditori datur actio ad pretium, multo magis exceptio. l. 1. §. quod autem. ff. de superficiebus.

Et hanc opinionem contra Bar. & Spec. tenet Castren. in dicto §. si quis iurauerit, sub num. 5. ubi ait, Dicant Spec. & Bar. quicquid velint, quod eorum opinio non est vera, & semper tenui cõtra Bar. prout facit cons. 163. & contra Bar. & Specu. est vera, & magis communis opinio, ut ibidem testatur Alexan. & Ias. ille in finalibus verbis, iste sub num. 4. facit Roland. de inuentar. propè finem, in verbo, exceptio inuentarij. fol. 216.

Ampliatur hæc cõclusio communiter à Doctorib. recepta, ut ne dũ opponi posit exceptio pretij non soluti, sed posit res vendita retineri loco pignoris, donec p̃tiũ soluat̃. Bal. in l. si traditio. col. 1. C. de ac. emp.

Posset conciliando fortasse dici, aut pro eo, quod excipiẽdo dicitur, competebat actio de per se, & tunc agat uia sua; aut non competebat, & tunc audietur, excipiendo, ne ius eius pereat, & tollatur. Exemplũ poni posset, ad pretium potest agi, & competit actio de per se, secus est in cautione vsusfructus, quia currit, agis ad vsumfructum, caueas de vtendo & fruendo arbitrio boni viri.

Et ad maiorem cautelam, non erit alienum in omnem euentum implorare officium Iudicis, quod nunquam censetur exclusum, prout superius vidimus, & sentit Bal. in d. §. si quis iurauerit, maximè cum tam exceptio, quam Iudicis officium in æquitate fundentur.

19 Et ex p̃dictis † īferri posset, ꝙ cũ euictio sit de natura cõtractus. Bal. in l. non dubitatur. C. de euic. & ibi ẽt Saly. no. Castren. consi. 49. visis, in prin. ubi multa iura ad hoc propositum allegat, alias cõsi. 207. Dec. consi. 483. nu. 15. Curt. iun. consi. 38. nu. 2. Rebuf. in tit. de contumac. artic. 6. num. 3. Caball. de euictio. §. 2. num. 3. 4. quod in casibus a iure aliàs permissis peti, & opponi poterit contra uenditionem probatam per iuramentum litis decisorium.

20 Secundò inferri † posset, quòd allegari, & opponi possent non obstante iuramento, ea, quæ ueniunt, uel debentur iuxta consuetudinẽ, quæ in contractu emptionis, & venditionis multum attenditur, & consideratur. l. quod si nolit. § qui assidua. ff. de edilit. edic. l. si fundus. ff. de euictio. Ant. Gabr. de consuet. conclu. 1. num. 2. Roncagall. de duobus reis. l. 5. num. 27. cum sequen. Dixi in trac. loca. & conduct. par. 5. in verbo, consuetudo, grad 6.

Tertiò infertur, vt opponi posfit exceptio implementi, quæ oritur ex ventre actus, & opponi poteſt contra inſtrumentum iuratũ, & guarantigiatum ſtatuto exceptiones opponi prohibente, vt dixi ad tract. loca. & conduct. par. quarta, in verbo euictio, num. 40. cum ſeq.

Limitatur quarto loco principaliter, principalis regula, & cõclusio, vt procedat, & habeat locum, quando iudicialiter erat contentio inter duos ſuper aliqua re, & propter hoc fuit delatum iuramentum litis deciſorium, quo præſtito non eſt vlterius quærendum: ſecus, ſi non ſit præſtitum ad litis deciſionem, ſed ſuper alio emergentij in progreſſu alicuius cauſæ, quia tunc contrarium probari poterit. Ita notabiliter Caſtrenſ. in l. ſi cum patrono. C. commun. vtriuſque iudic. Inferens
22 ex hoc, † quod ſi poſt concluſionem in cauſa, quam dicit in facto habuiſſe, fuit quis admiſſus ad examinandum alios teſtes, ſi iurauerit ante notitiam non habuiſſe, ſi iuret, & teſtes examinentur, & ex depoſitionibus teſtium detegatur ſcientia ante concluſionem in cauſa, depoſitio eſt nulla, nec proderit in aliquo illi, qui examinare fecit, quia illa conditio, ſi iurauerit, habet annexam illam conditionem, ſcilicet, ſi verum ſit quod iuratum fuit, vnde non ſufficit iuraſſe, niſi verum iuretur. Non igitur omne iuramentum in iudicio præſtitum, ſolum Deũ habet vltorem, ſed illud, quod delatum, & præſtitum fuit loco ſententiæ pro fine litium: ſecus in alio iuramento præſtito in curſu iudicij ſuper aliquo emergenti, prout in caſu propoſito; quia hoc recipit probationem in contrarium.

QVAESTIO QVINTA IX. QVAEST. Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Homines inuitari non debent ad peierandum, & delinquendum.*
2 *Scripturæ priuatæ ſtari poteſt de partium conuentione.*
3 *Teſti vnico ſtari non poteſt de partium conuentione.*
4 *Teſti unico ſtari non poteſt, etiam ex diſpenſatione Imperatoris, vel Summi Pontific.*
5 *Pactum de ſtando aſſertioni alicuius, ſuper damnis, intereſſe, & ſimilibus, valet, & tenet ex communi.*
6 *Vbi ampliatur, & declaratur multis modis.*
7 *Pactum de ſtando dicto alicuius, valet, concurrentibus aliquibus præſumptionibus.*
8 *Pactum de ſtando dicto alicuius, ualet, fauore piæ cauſæ.*
9 *Vbi ampliatur multis modis.*


10 *Pactum*

10 *Pactum de stando dicto alicuius, valet, fauore dotis.*
11 *Partes conuenire possunt de stando dicto alicuius testis, & plenè probet.*
12 *Ampliatur, etiamsi testis esset infamis.*
13 *Declaratur ibidem, considerando varias species inhabilitatis.*
14 *Attestationibus nulliter receptis fides adhiberi potest de partium conuentione: vbi declaratur.*
15 *Conuentio de stando dicto alicuius valet, etiam parte non citata.*
16 *Vbi declaratur multis modis.*
17 *Testi etiam non iurato de partium conuentione credi potest.*
18 *Scripturæ priuatæ de partium conuentione credi potest, & debet.*
19 *Declaratur multis modis.*
20 *Intellectus ad l.pen.C.de pac.*
21 *Pactum de stando dicto alicuius ualet, sed contrarium probari potest.*
22 *Pactum de stando dicto alicuius valet in aliquibus casibus, sed non generaliter.*
23 *Pactum de stando dicto alicuius ualet, si æquè arbitrabitur.*
24 *Arbitrium boni viri intelligitur facere in alienis quod quis vellet in suis.*
25 *Vbi ampliatur notabiliter in aliquibus casibus.*
26 *Intellectus ad l.cum filius.§.pater.de legat.2.*
27 *Arbitrium collatum in alias habentem, importat liberam potestatem.*
28 *Vbi declaratur.*
29 *Facultas libera intelligitur de ea, quæ nec iure, nec æquitate, nec ratione aliqua regulatur.*
30 *Voluntas libera intelligitur nulli legi supposita.*
31 *Compromissum factum in aliquem per uerba importantia liberam voluntatem, si iniquè arbitretur, an detur recursus.*
32 *Verba, quantumcunque prægnantia in liberam uoluntatem, intelliguntur sine præiudicio tertij.*
33 *Libera testandi facultas alicui concessa, non tollit solennitates iuris.*
34 *Compromissum factum in aliquem, ut faciat de se quod vult, & placet, quomodo intelligatur.*
35 *Vbi declaratur multis modis.*
36 *Clausula instrumentalis, solutionem verò &c. Quomodo intelligatur.*
37 *Verbum, placuerit, adiectum signo vniuersali, importat liberam voluntatem.*
38 *Intellectus ad l.liber homo.ff.ad l.Aquil.*
39 *Pactum de stando dicto alicuius, non habet effectum, superueniente noua causa.*
40 *Dispositio intelligitur, rebus sic stantibus.*
41 *Iurans recipere doctoratum Bononiæ, excusatur, superueniente peste.*
42 *Iurans legere Senis, si habet hospitium per triennium, poterit in secundo anno recusare, non habendo hospitium.*

43 Filia renuncians cum iuramento patri uiuentibus fratribus illis mortuis, succedit, non obstante iuramento.
44 Promissio de non offendendo, & pax iuramento firmata, intelliguntur rebus sic stantibus.
45 Statutum disponens, quòd instrumenta donationum insinuentur infra sex menses, aliàs sint nulla; iuramentum simpliciter præstitum non ualidat.
46 Mutatio, in quibus casibus licita sit.
47 Medicum semel approbatum, ex causa reprobare possum.
48 Et super hoc statur iuramento.
49 Semel acceptatum, uel approbatum, ex causa reprobare possum.
50 Administratores cuiuscumque generis, siue ecclesiastici, siue layci, non possunt pacisci de stando dicto alicuius.
51 Pupillus, cum auctoritate tutoris potest facere pacē de morte patris occisi.
52 Etiam sine decreto Iudicis.
53 Etiā stante statuto, prohibente minorem contrahere sine certa solemnitate.
54 Mulier prohibita contrahere sine forma statuti, potest facere pacem, ea non seruata.
55 Tutor solus potest facere pacem pro pupillo, quando ei expediat.
56 Pacem in dubio præsumitur expedire.
57 Restitutio in integrum datur aduersus pacem habitam.
58 Limita, nisi sit iuramento firmata, uel pœnali stipulatione.
59 Inimici dilectio quomodo facienda secundum Theologos.
60 Promittens stare dicto Titij, non tenetur stare dicto sui hæredis.
61 Pactum factum cum principale extenditur ad hęredem ipsius.
62 Intellectus ad l. ueteris. C. de commit. stip.
63 Testamentum defuncti testamentum hęredis reputatur.
64 Nominato Titio in testamento, censetur nominatus eius hęres.
65 Sermo defuncti, censetur sermo hęredis.
66 Pactum factum cum defuncto extenditur ad hęredem, etiamsi sit conceptū per verba importantia personalitatem.
67 Pactum factum cum defuncto per uerba taxatiua, non excludit personam hęredis.
68 Pactum factum cum defuncto, an transeat ad hæredem, stante diuersitate rationis.
69 Pactum factum cum defuncto, an transeat in hęredem de iure Canonico?
70 Pactum factum cum defuncto, an transeat in hęredem, considerantur duo casus per Auctorem.
71 Obligatio executa contra defunctum consummatur contra hęredem.
72 Periurium radicatum in vita patris, transfunditur in hęredem.
73 Intellectus ad §. heres, instit. de oblig. quæ ex quasi contractu, & l. apud Iulianum. §. fi. ff. ex quib. cau.
74 Remedium Canonis reintegrandi cōpetit hęredi, si defunctus fuit spoliatus.

75 Pactum,

75 *Pactum, quòd quis capi, & carcerari non possit, si in termino conuento non soluerit, hæredem non comprehendit.*
76 *Stipulatio ususfructus ad hæredem non transit.*
77 *Promittens sistere Titium in iudicio, sistere non tenetur eius hæredem.*
78 *Facultas implendi conditionem potestatiuam, non transit ad hæredem, quia personalis est.*
79 *Facultas declarandi soluitur morte.*
80 *Iuramentum delatum à lege, uel Iudice, transit ad hæredes: secus, si sit delatum de partium uoluntate.*
81 *Iurandi facultas transit ad hæredem bene informatum.*



1 T IVXTA præmissa infertur, an valeat pactum inter duos, de stando dicto, assertioni, uel iuramento alicuius, super aliqua re; puta damnis, expensis, interesse, melioramentis, & similibus. Et † videbatur dicendum, quòd non; quia sic homines inuitarentur ad peierandum, & delinquendum, contra l. conuenire. ff. de pact. & ita per hanc rationem tenet Specu. in tit. de probat. §. videndum. versic. quid, si ibi dicitur. Cyn. in l. si quis in conscribendo. C. de episc. & cler.

2 Secundò pro † hac opinione facit, quia partium conuentione induci non potest, ut stetur priuatæ scripturæ alicuius. Innoc. singulariter in cap. cum P. tabellio, post medium, de fide instrumen. dicens hoc esse contra leges ciuiles, naturales, publicas, & Canonicas: refert pro singulari. Bal. in l. de quibus. colum. 2. ff. de leg. Angel. in l. pactum, inter hæredem, ff. de pact. Roman. in l. admonendi. colum. 19. vbi latè Sacch. num. 89. Petr. de Tholome. nu. 163. Fran. de Curt. num. 111. de iureiu. Idem Rom. cons. 204. & 205.

3 Tertiò, quia † partes conuenire non possunt de stando dicto vnius testis, quia pro forma requiritur numerus, saltē duorum. l. vbi numerus. ff. de testib. & in Euangelio, in ore duorū, uel trium stat omne uerbum. Ang. in l. pactum, inter hæredem. col. fi. ff. de pac.

4 Quartò pro † hac opinione facit, quia Summus Pontifex, uel Imperator statuere non possunt, ut uni testi credatur, quia esset statuere contra ius diuinum. Abb. in cap. cum à nobis, & in cap. nuper, de testibus. & in cap. sicut, de probat.

5 Contraria opinio † affirmatiua est uera, & communiter recepta, de qua Bar. consi. 168. quidam habens bona communia. Bald. in cap. tuis, de testibus, in l. iubemus. C. de iudic. Imo. in l. custodias. ff. de public. iudic. Anan. consilio 31. colum. final. Alexan. consi. 47. vol. 1. & hæc est
* communis opinio. Cagn. in l. unic. num. 108. uers. in eadem. C. de sent.
** quæ pro eo, & ibi Camill. Plau. & magis cōmunē dicit Alex. cōs. 54. vol. 2.

vol. 2. Plot. de in litem iuran. §. 48. num. 1. & ita practicatur. Alberic. in l. iusiurandum, quod ex conuentione, in principio, vbi Ias. sub num. 1. idem asserit. ff. de iureiur.

6 Ampliatur hæc † conclusio, ut procedat, nedum in contractibus, & conuentionibus, sed etiam in vltimis voluntatibus. Vnde testator dispo nere potest, quòd de expensis, & redditibus stetur dicto tutoris, uel alterius. Alex. in alleg. consi. 54. uol. 2. & 47. uol. 1.

7 Declaratur hæc † ampliatio, ut procedat, primò concurrentibus ali quibus præsumptionibus, aliàs non. Bart. in l. Theopompus. sub num. 4. ff. de dot. præleg. & post eum Castren. & Imo. in l. illa institutio. ff. de hæred. instit. Alex. in l. captatorias. colum. pen. C. de testam. milit. Carol. Ruin. consi. 21. num. 10. uolum. 2. Didac. Couarr. in cap. cum tibi. in fine, de testam.

8 Declaratur secundò, † vt procedat fauore piæ causæ. Docto. in l. captatorias. C. de testam. milit. vbi Ias. & Dec. colum. penult. dicunt cō- * munem opinionem. Idem asserit Ias. cons. 110. colum. 3. volum. 1. Bar. in l. 1. C. de sacros. eccles. in 5. quæst. princ. num. 64. idem in l. captatoriæ. de legat. 1. & plures alij, quos refert, & sequitur Paris. consi. 38. nu- * me. 24. consi. 83. colum. penul. volum. 2. & est communis opinio, vt attestatur Iul. Clar. in §. testamentum. q. 6. versic. quarto infertur. Magis communem Ant. Gabr. de pia cau. conclu. 3. & ita passim in practica seruatur Henric. Boich. in dicto cap. cum tibi, & hæc est tutior opinio Guliel. in cap. Raynutius, in verbo, condidit. 1. & verior sententia Couarr. in d. cap. cum tibi. num. 20.

9 Subampliatur hæc † declaratio, etiam si non appareat expresse testa torem voluisse disponere ad pias causas; sed simpliciter testator dicat: committo dispositioni Titij omnia bona mea, quia censetur ille talis institutus, ut bona postea inter pauperes distribuat, secundum intelle- * ctum. Innocen. in dicto cap. cum tibi, qui in hoc communiter approbatur per Legistas, & Canonistas, ut ibi per Abb. num. 4. Imo. nume. 6. vers. sed alij. Corn. cons. 156. litera D. lib. 2. 302. litera C. lib. 4. Petr. Pachius de testam. coniugum. lib. 1. cap. 12. versic. prima autem conclusio.

Dummodo verba, uel dispositio commissa modo, quo supra, pię cau- * sæ accommodari posset, aliàs non. Ang. consi. 201. Paris. dicens communem consi. 38. num. 23. vol. 3. Michael Crass. in §. institutio. quæst. 18. sub num. 7.

Subampliatur secundò, siue testator vsus sit verbis importantibus liberam uoluntatem, vel arbitrium boni viri. Bal. in l. 1. in 2. oppos. ff. de leg. 2. Io. Dilect. de arte testandi, rub. de legat. cap. 8. numero 1. Ferdin. Vasq. de successio. creat. §. 17. num. 80. Ant. Gabr. de pia cau. concl. 3. sub nu. 3. versic. contrarium.

Subampliatur, vt conclusio sit vera, siue loquamur in legato, siue in institu-

institutione hæredis. Alexan.in dicta l.captatorias. num.6.Didac.in d. cap.cum tibi.sub nu.12.

Verum enimuerò, licet Doctores passim communiter pertranseãt, ex cap.cum tibi,captatoriam voluntatem valere fauore vltimæ voluntatis,tamen dubitationem facit.Nam militibus captatoria volũtas prohibetur,quamuis eorum testamenta admodum sint priuilegiata,& citra omnem solemnitatem iuris ciuilis.d.l.captatorias. Præterea, si captatoria voluntas bonis moribus aduersatur: vnde nec statuto, vel cõ
* suetudine induci potest, vt dicit Ias. in l.2. ff. de vulgar. ex communi Petr.Pachi.cap.12.Michael Crass.d.q.18.in fi.quomodo in piis dispositionibus accommodabitur.

10 Declaratur tertiò † loco principaliter fauore dotis,Bar. in d.l.Theopompus.num.5.Alex.consi.54.num.4.vol.2.

Licet passim ferè omnes pertranseant, tamen in d.l.Theopompus. non probatur,cum nihil sit collatum in voluntatem alterius, sed mandatum fuit amico testãtis eius mentis conscio, ut cum opus fuerit eius mentis fidem faciat.Cuma.consi.117.Alciat.lib.2.parerg. cap.39. in l. 1.§.vlt.nu.18.ff.de uerb.oblig.

Et facilius ad pias causas captatoria voluntas confertur, in voluntatem hæredis.Imo.in l.captatoriæ.col.1.vers.in gl. de leg.1.Aret. in l.captatorias.col.1.ff.de hæred.instit.

Et quando est facta collatio per uerba importantia plenam libertatem, debet ille deponere iuratus.Bar.in d.l.Theopompus. num.6.Ias. dicens ab hac opinione neminem discrepare,consi.147. colum.penul. versic.secundo quæro, vol.2. Et quando per verba importantia arbitrium boni viri,eo non laudante,uel iniquè arbitrante, datur recursus. Afflict.decis.371.quem videre placeat,quia bene loquitur; nec iurare debet,sed suam proferre sententiam.Didac. ex communi var. resolut. libro 2. cap.13. ver.3. conclusio.dicens ita practicari. Menoch.de arbitr.iud.quæstio.58.

11 Ampliatur secundo † loco principaliter, vt partes conuenire possint de stando dicto vnius testis,& quod vnus testis plenè probet inter eos.Dec.in cap.2.col.2.num.19.vbi de communi,de fide instrum.Ale-
* xan.in l.1.§.fin.num.8.ff.de verb. obligat. vbi pariter dicit esse communem opinionem,idem in l.admonendi,ubi Ias. num.200. idem attestatur.Felin.qui plures adducit, in cap. veniens. el 1. colum. 1. de testib.Alex.ex communi, consi.54.volum.1.Alciat.in allega.l.1.§.final. num.23.cum seq.ff.de uerb.obligat.Spec.in tit.de testib.§.restat.versi. hoc tamen fallit.Bal.in l.directis.C.de manumiss.testam. Marsil. in l.si quis,ne quæstio.col.32.de quæstio.Cassan. consi.37. & in consuetud.
** Burgun.fol.71.Bertran.consi.119.col.1. vol.2. Dec.de magis cõmuni. in d. cap. veniens. circa vers. idem ergo.Ant. Gabr.de magis communi,de

muni, de testib. conclu. 1. num. 31. Natt. de testibus. in princ. sub num. 85. in 23. casu. Viui. lib. 1. opin. 423. limitat. 3. Eman. in suo Thesaur. litera T. num. 108.

12 Extéditur hæc † ampliatio, etiamsi talis testis esset infamis, quia per partes approbari potest. Angel. in l. pactum, inter hæredem. ff. de pact. dicit menti tenendum Crot. de testib. par. 6. num. 8.

13 Et considerandum; † aut inhabilitas est per partes remissibilis, & valet pactum, aliàs inhabilitas non censetur remissa. Bal. in l. si quis testib. col. fi. C. de testib.

Considera secundo, quòd si conuenerunt de persona, & dicto, neutrum impugnari potest, aliàs approbatio personæ non tollit, quin dictũ impugnari possit. Bal. in l. in bonæ fidei. col. fin. uerf. sed dubitatur de puncto. C. de reb. credit. dixit mirabile Felyn. in cap. ueniens, el 1. sub num. 19. de testib.

Quod facit ad illud quod practicando faciunt sanguinolenti latrunculatores, qui in eo tantum fundant honorem officij, iugulare, & extirpare humanum genus, & hoc solo delectantur. Dum interrogãt reos, an habeant pro homine probo, & ueridico, talem, qui iam est examinatus, & dixit contra. nam si respondeatur affirmatiuè, prout simplices faciunt, ponderanda adhuc sunt uerba approbantis, & personam tantum, si personam & dictum, si nimis generaliter &c.

14 Extenditur secundò † hæc ampliatio, ut possint partes consentire, & conuenire super attestationibus nulliter receptis, puta, tempore feriarum, ut eis plena fides adhibeatur, licet sint nulliter receptæ. Bal. in cap. cum causam. num. 59. de testib. ea ratione, quia attestationes non sunt de substantia processus.

Quod verum in ferijs in vtilitatem hominum indictis, quibus tacitè, & expresse renunciari potest. secus in ferijs in honorẽ Dei, quibus nec tacitè, nec expressè renunciari potest. Spec. in tit. de feriis. §. fin. in princ. glo. in Clemen. sæpe, in uerbo, necessitatem, ubi Natt. num. 6. ampliat idem ad ferias repentinas, de uerb. significat. Ias. post alios, in l. 1. num. 4. ff. de feriis. Bal. in l. si feriatis. ff. eod. idem Ias. in l. 1. § nunciatio. num. 8 ff. de no. oper. nunc. Abb. in cap. conquestus. colum. 4. uersic. sed quæro, de feriis. Marant. in Spec. par. 4. distinct. 16. num. 59. Vant. de nullitat. ex defect. iurisdic. ordina. num. 130. Afin. in pract. §. 2. cap. 7. num. 2. Iacob. Menoch. qui hos non allegat, de arb. iud. q. 30. Corset. in sing. in uerbo, testis. 2. Aret. in §. idem iuris. nu. 52. de excep.

15 Extenditur secundò † dicta ampliatio, ut non requiratur citatio partis. Alex. consi. 130. uolum. 1. Butrig. in cap. ueniens, el primo, de testib. Barbat. in Clemen. 2. colum. 3. eod. tit. Innoc. in cap. olim. de uerbo. significat. Castrẽ. cõs. 338. uolum. 1. Maria. in tract. de citatio. in 2. casu. Fely. in cap. cum olim. colum. 8. de re iudic. Anchar. cõs. 127. colum. 1.

Roman.

Roman.consi.482.colum.fi.Soc.reg.406.in 7.fall. Apostill. & Abbas in cap.2.de testib. Gomes.in §. item si quis postulante, colum. 13. de actio. Dec.in cap.2.col.6.de testib.Ruyn.consi.19. colum.fin. uolum. 2.Nicell.concordan.52.fallen.103.Ias.consi.147. vol.2. qui reprehendit Alex.facit Guid.Pap.decis.216.

Papienses in Apostillis ad Alex. d. consi.130. mirantur admodum, quòd Alexander fuerit ab omni æquitate alienus in fabricando illud consilium, præsertim contra filiosfamilias, & verentur, ne fuerit scriptum ab Alexan.in sanguine humano, ob id credunt, quod doctrina Bar.ad l.Theopompus, vbi se fundat consulendo Alex. faciat contra eius decisionem, quia cum quis de proprio sensu iudicat, prout in eo casu, requiritur partis præsentia, vel citatio, & propterea absenti filio pater præiudicare non potest, & videtur esse de mente Dec.consi.406. aliàs 16.col.fi.Immo, & si Princepsmet declararet, requireretur citatio.vt Dec.loco præallegato testatur nu.24.& 25.

16 Declaratur igitur † primò loco ista conclusio, vt in discussione negocij, in qua vertitur causæ cognitio, ꝙ requirat citatio partis, aliàs secus.Franc.Curt.consilio 33.col.fin.Ruyn.consi.106.col.fi.vol.2.

Declaratur secundò, quando is, qui declarat dictum suum, referret tantummodo voluntatem defuncti, quia, cum pars in hoc contradicere non posit, non est citanda.Ita Bar.in d. l. Theopompus, colum.fin. versic.item quæro.Butr.in cap. veniens, el 1.de testib. Abb.in cap.2.nume.13.eod.tit. Alex.d.consi.130.qui distinguere videtur, aut poterat trahere alios in sententiam, vel non:primo casu requiritur citatio; secundo casu, non.Ias.consi.117.col.pen.vol.2. vbi dilatat fimbrias.

17 Extenditur tertiò, † vt posint partes consentire de credendo testi, etiam non iurato.glo.iurisiurandi. C.de testib.in l.2. §. sed quia veremur. C.de iuram.calum.Bart.in l.legatum, col.fin. ff. de fals. est communis opinio.Nico.Grauat.ad Vestri.lib 6.cap.2.num.41.Eman.Soarez in suo Thesaur.littera T.num.271.Mascard.conc.1.3.61.in fine.

* Iuramentum igitur testi per partes remitti potest; expresè, non tacitè: & eo casu erit simplex assertio, non probatio in forma iudicij. Seraf.priuileg.115.num.7.

Limita principaliter hanc ampliationem de teste, vt partes posint consentire in vnum testem, in indiuiduo, puta in Titium sic nominatum: secus indistinctè de credendo vni testi, neminem nominando. Angel.in l.pactum. col.fin. ff.de pac.Ias.in repetitio. l.admonendi.nume. 100.de iureiuran.Couarruu. variar.resolut. libro 2.cap.13.col.3.vers. verum communis.

Declara secundò, vt iudex debeat pronunciare secundum eius dictum, quia partes approbauerunt, non quod plenè probet. Alciat.in l. 2.§.fin.num.12.de verb.obligat.

H Et sic

Et sic patet responsio ad tertium argumentum in contrarium formatum.

18 Ampliatur tertiò † loco principaliter, vt partes posint adinuicem conuenire, de stando priuatæ scripturæ alicuius,& fidem faciat.Bald. in l.de quibus.colum.2.versic.item per pactum. ff.de legibus, consilio 275.factum tale est.col. 2.uersic.ad primum.lib.3.Alex.consi.112. col. 3.lib.4.Dec.in cap.veniens.in fine,de testibus.in cap.2.colum.7.vers. similiter valet conuentio,de probatio. Corn.consi.174. col. fin.lib.3. Et hæc est uerior,& æquior opinio.Crauet.de antiq. temp.parte.1. Viso de uerbis enunciatiuis. num.26. Mascard.de probat.conclu.12.94. numero 13.

19 Declaratur hæc † ampliatio,ut procedat,quòd scriptura priuata de consensu probet,prout scriptura priuata potest,non in vim publici instrumenti,quia de partium consensu hoc fieri non potest.est de mente Ange.in l.pactum.ff.de pact.clarius exprimit Alex.in l.1.§.fin.nu.3. ff.de uerb.oblig.dicens hanc distinctionem menti tenendam.

Per quam infertur ad illa verba, quæ à multis apponuntur in foliis, & scripturis priuatis: *Et vogliono dette parti, che questo foglio habbia forza, quanto vn'instrumento publico.* Quia ex distinct. Alexan. hoc partes facere non possunt.

Declaratur secundò in scriptura iam facta non facienda, quia hoc casu cessat occasio delinquendi.Ita declarat Alex.cons.113. lib. 4. sequitur Dec.in cap.2.num.18.de fide instr.

Et sic conciliatur Innoc.opinio in c.cum P.tabellio, de fide instrum. * * negatiua,quæ est magis communiter recepta.

20 Correlariè igitur † sequitur ex prædictis, quòd fauori suo quilibet renunciare potest.l.pen.C.de pac.

Quod verificatur,& procedit, ut licet in ore duorum, vel trium stet omne verbum, tamen partes conuenire possunt de stando dicto vnius testis,modo,quo supra dictum fuit.

Pariter quis fauori suo renunciat de stando priuatæ scripturæ.

Sicut renunciat, quòd feriis non obstantibus, attestationes factæ valeant.

21 Limitatur igitur † primo loco regula,& conclusio superius firmata, vt licet partes conuenerint de stando tali dicto,contrarium tamen probari poterit, prout superius dixi,allegando no. per me ad regulam cũ quid. par. 1. Quæsit. 1.sub num.2. uers.prima &c. Seraf.priuileg.31. num.42.& priuileg.102.num.15.Aret.in tract.Malef.in uerbo,necnon * ad denuntiam.num.17.est communis opinio.Didac.de sponsal. par.2. cap.3.§.1.num.14.Eman.in suo Thesau.littera I.nu.320.

22 Limitatur secundò † loco principaliter, ꝙ ualeat pactũ de stãdo dicto unius testis in aliquibus casibus particularibus: secus, si generales sint.

ſint. Nam, nec ſtatutum ualet, quòd omni caſu ſtetur dicto unius: ſecus, ſi diſponeret in aliquibus caſibus particularibus ex aliqua cauſa. Matthesil.notab.51.Alex.conſi.138.in 3.colum.in princ.volum.1. facit quod no.Felyn.in c.2.de probat.in cap.tuis. colum.2.de teſtib. Alciat.in l.1.§.fin.num.26.de verb.oblig.

Limitatur tertio loco principaliter, dummodo ille, cuius dicto promiſſum eſt ſtari, ſit aliàs fide dignus, boni nominis, conditionis, & famæ, & hoc articulandum eſt. Dixi ad regu.cum quid.par.1.in quæſito de ſtatuto, declarat.2.

Addo Bal.in l.directas.C.de manumiſſ. teſtam. Alexan. conſi.114. colum.2. volum.4. facit glo.in cap. ſignificaſti.primo, in uerbo, ſi ita eſt, de homicid.& quod no. Iaſ. in l.pro hærede, colum.3.ff.de acquiren.hæredit.

Et ſic agendo, & excipiẽdo deſeruiet. Vnde, ſi de re ablata ſtandum eſt iuramento Domini conquærentis, intelligetur, dummodo ſit aliàs bonæ conditionis, & famæ.

23 Limitatur quartò † loco principaliter, vt ſi non fuerit æquè arbitratum, poſſit peti reductio ad arbitrium boni viri, qui poterit moderare, & taxare, ut ait Didac. variar.reſolut.lib.2. cap.13. colum.2. circa medium, qui ſentire videtur id verum, & procedere, ubi quid genericè remittitur; puta, expenſæ, damna, & ſimilia: ſecus, ſi de re certa agatur, & de aſſeueratione eius, q̄ verè, & abſque aſſeuerantis affectione, & exiſtimatione, uariè contingere potuit.

Addo, bene in materia loquentes, & de communi pariter atteſtantes Iaſ. in l. iuſiurandum quod ex conuentione.col.2.circa princ. ff.de

* iureiur. vbi de communi teſtatur. Alex.conſi.177.col.pen.uol.2. Plot. de in litem iuran.§.48.limit.2.num.3.

Vltra eum, bene loquitur Afflic.deciſ.91.num.10. Maſuer. ad Pap. in forma libell.in actio.reali, in uerbo, & expẽſis.ſub num.11. litera H. Natt.conſi.451.col.4.& 5. Pedemont.8. num.4. Dilect. cautel.48. de legat. Sracc. hoc mirificè comendans de contract.mercat.ſub nu. 6.

Et eſt bonus textus, de quo aliàs diximus in tract. locat. & conduc. in l.ſi in lege.ff.loca.in l.ſi libertus iurauerit. ff. de oper. libert. in l. in perſonam.§.generaliter.ff.de reg.iur. Aret.in trac.Maleſ.in uerbo, nec non ad denuntiam.nu.18.Seraf.de iuram.priuileg.102.nu.24.

24 Et arbitrium † boni viri eſt, facere in alienis, qđ quis vellet facere in ſuis, ut pulchrè declarat Bar.in l.1.num.5.ff.de ſolut. commendat Roman.in rubr.de arbitr.col.3.reputat valdè ſingulare Barbat. in Apoſt. ad Bar.in d.l.1.ubi etiam Pau.Caſtren.Bal.in l.1. in 2.oppo. C. de his, quæ pœnæ nomin. Alex.conſi.47. num.11. vol.1. ubi adducit glo.in l. cæterum, in uerbo, dictum eſt, de ſolutio.in l.ſi conſtante. §. ſi maritus. in princ.ff.ſolu.matrim. Vbi reputat perpetuò notandum Roman.ſingul.262.

gul. 262. Cagno. ad l. contractus. num 38. de reg. iur. Dixi in trac. Deposit. in cap. de culpa depositarij, declaratione prima.

25 Ampliatur hæc † consideratio notabiliter: nam si fiat aliqua dispositio, nec appareant apposita verba importantia liberam voluntatem, nec arbitrium boni viri. Bar. dicens hoc valdè notandum, in l. cum fi-
26 lius. § pater. ff. de lega. 2. & ibi Pau. Castr. in hoc admodū † exclamans, dicit, quod si aliquis dare rogatus sit uni ex liberis, quem elegerit intelligitur, idest, si dignum nominauerit. Et sic in dubio actui, & dispositione subintelliguntur uerba importantia arbitrium boni viri, qui bonus vir excedet in modico, aliàs non esset arbitrium boni viri.

Et notabilis est in alio ille contextus in uerbis illis: in honorem nominis mei; quòd gloriantur homines, maximè senes, & ascendentes, dum audiunt suos nepotes, uel coniunctos, eodem nomine, quo ipsi, vocari: & est honor quod quis vocetur nomine meo. Multo magis hoc faciendum est, cum imponuntur nomina in honorem sanctorū, prout Christiani facere debent.

27 Declaratur hæc † conclusio, & limitatio, nisi arbitrium concedatur illi, qui aliàs arbitrium boni uiri habuisset, quia de libera uoluntate, & libero arbitrio intelliguntur, ad hoc, ut uerba aliquid operentur. Imo. in l. si filiusfamilias. ff. de donat. Menoch. dicens communem, de arbit. q. 8. num. 35.

Et sic secundum hanc doctrinam remissio facta in Iudicem, qui est bonus vir, ꝑ uerba impórtātia arbitrium boni viri, erunt intelligenda de pleno, absoluto, & libero arbitrio, ut uerba aliquid operentur. Super quo videtur cogitandum, quia tolerabilius est uerba nihil operari, quā contra subiectam materiam. Bal. in rubr. C. de contrahen. emptio. sequitur Alex. consi. 21. viso compromisso. vers. non obstat. lib. 5. Etiam si uerba essent prægnantia, tamen restringuntur secundum subiectam materiam. Alexan. consi. 35. viso processu. colum. 4. uersic. circa tertium. lib. 4. Immo ratione subiectæ materiæ recedimus à proprietate verborū, & potius sequimur subiectam materiam, quam uerborum proprietatem. l. si insulam. ff. de rescript. uerb. l. si uno, in princ. ff. loca. l. si stipulatus. in prin. ff. de vsur. Soc. reg. 536. lim. 4.

Et sic dubia mihi videtur ista Imo. declaratio, & intelligentia.

28 Declaratur secundò, † ut procedat, quando simus in uerbis, quæ importent arbitrium regulatum: secus si vtatur uerbis importantibus plenum, & liberum arbitrium. Bar. in l. si sic, ubi Ias num. 34. ff. de lega. 1. in l. alio. num. 9. ff. de alimen. & cibar. legat. in l. fideicommissa. §. si sic. ff. de legat. 3. Bal. in l. 1. ff. de testam. militar. Roman. in l. filiusfamilias. col. 3. in tertio casu principali. ff. de donat. Dec. in l. in personam. § generaliter. num. 2. ff. de reg. iur. Bart. in repetit. l. 1. num. 50. C. de sacrosan. eccle. Felyn. in cap. 1. num. 51. de constitutio. Soc. in l. vtrū. §. cū

quidam.

quidam num. 11. ff. de reb. dub. Georg. Natta in Clemen. sæpe. §. non sic tamen. col. 10. uers. uerbum libet, de uerb. signific. Matthes. notab.
29 15. Ang † Aret. in §. in bonæ fidei. col. 6. uers. ult. de actio. Dec. in l. actionib. num. 11. de iureiur. Vnde consuluit Soc. sen. cons. 170. colu. 5. uol. 2. facultatem liberè tributam de ea intelligi, quæ nec iure, nec equitate, nec actione aliqua regulatur, sed in absoluta illius residet potestate: quod sentit Ruyn. cons. 219. num. 3. lib. 1. Dec. cons. 355. nume. 4. vers. secundo ad hoc, est enim maxima uis dictionis, libere, cum potestatem tribuat faciendi actum sponte, alterius voluntate non requisita: quòd multis probant Aret. cons. 76 num. 3. Soc. sen. consi. 13. in fine. lib. 1. Barbat. consi. 59. num. 3. Gozad. cons. 58. num. 2. cons. 92. nume. 9. consi 100. num. 11. Dec. consilio 360. num. 5. Curt. iun. consilio secundo, num. 3.
30 Accedit, quòd † libera uoluntas intelligitur pro uoluntate nulli legi supposita, ut apud Tullium in libro de fato. Qui introducunt causarum seriem sempiternam, hi mentem hominum uoluntate libera spoliatam necessitate fati deuincunt. Latè Menoch. in prælud. recuper. num. 15. de arbitr. q. 7 nu. 34. q. 8 num. 35.

Addo pulchrè loquentem Oldr. cons. 225. num. 12. Alciat. in cap. 1. notab. 3. de offic. ord. Carbol. de iure emphyt. limit. 41. nu. 19.

Et per prædicta excitaui quandoque dubitationem. Certi enim, &
31 vulgati iuris est, quòd datur recursus a laudo, † data læsione. Quid, si fiat compromissum, non per uerba importantia arbitrium boni viri, sed liberam, totalem, & absolutam uoluntatem: an, stante læsione, detur recursus. Pro negatiua faciunt omnia superius adducta: pro cõtraria parte facit. l. si libertus. ff. de oper. libert. de qua superius uidimus; quia liberum arbitrium intelligitur, dummodo arbitretur secundum veritatem. d. l. si libertus. & l. vnde si Neruæ. ff. pro soc. & l. Theopompus. ff. de dot. prælegat. per quæ iura ita concludit Bald. in l. si procurator, col. 1. circa medium ff. de condic. indebit.

Et facit, quia reductio ad arbitrium boni uiri, nulla cautela tolli potest, ut scribunt omnes in l. si societatem. §. arbitrorum. ff pro soc. clarè Ferrat. cau. 8 post alios, quos citat.

Quibus addo Soc. sen. consi. 24. colum. 1. lib. 1. Dec. cons. 11. nu. 6. cons. 39. num. 6. cons. 60. num. 2. cons. 89. num. 47. Curt. iun. cons. 79. Ant. Gabr. de arbitr. concl. 3. Menoch. de arb. iud. centu. 1. casu 73. Seraf. de iuram. priuileg. 136. nu. 4.

Ioan. de Imo. in cap. irrefragabili, de offic. ordin. sentiebat unam distinctionem, aut loquimur in actibus iudicialibus, & libera uoluntas semper intelligitur regulata; aut loquimur in actibus extraiudicialibus, & uerba habent suum plenarium effectum; sequitur Barbat. eius discipulus, cons. 59. colum. 2. in fine lib. 3. idem Barbat. cons. 47. col. 5.

in fine,

in fine, & sequen. lib. 1. dum inquit, quod si iudici data est libera, & absoluta procedendi facultas, intelligendum est, seruato iuris ordine, & forma.

Cum igitur, applicando ad casum, de quo agitur in compromissis, simus in actibus extraiudicialibus, meritò uerba liberam uoluntatem importantia habebunt suum plenarium effectum.

Tertiò hanc opinionem negatiuam, quòd non possit peti reductio ad arbitriũ boni viri, cõfirmat illa communis conclusio, quæ tollit reductionem ad arbitrium boni uiri, etiam stante læsione enormi, si apponantur hæc uerba: altè, & bassè, prout videbitur, & placuerit. Abb. in cap. Quintauallis, col. 14. Alex. ad Bart. in d. §. arbitrorum. Roma. in rub. de arb. col. 4. Beltran. cons. 158. col. 8. uol. 3.

Et si consideremus iura allegata per Bal. de facili substineri possit opinio contra eum, quod reductio peti non possit, cum loquantur per uerba importantia arbitrium regulatum, & boni uiri, non liberum, & absolutum, prout apparet in l. si libertus. ff. de oper. liber. in l. unde si Neruæ. ff. pro soc.

Pau. Castren. consi. 255. uol. 2. distinguebat inter enormem, & enormissimam læsionem. Primò casu censetur remissa per uerba importantia liberam uoluntatem; secundo casu, non.

Quare concludendo, crederem ueram opinionem contra Bald. ut non possit peti reductio, dummodo dolus absit. Anchar. in cap. Quintauallis, prope finem, de iureiur. ubi Fely. colum. 1. Card. in cap. exposita. qu. 12. de arb. Bal. in c. 1. §. inter partes, de lege Corrad. in l. & maiorib. C. de appellat. Roma. in rubr. de arbit. colum. 4. Card. in c. fi. in 6. opp. de maio. & obed. Ias. in l. si sic. num. 36. de lega. 1.

32 Et facit, † quia uerba quantumque importantia liberam uoluntatem, restringuntur, ubi agitur de præiudicio tertij. Bal. in l. si quis maior, in prin. C. de transac. in l. si cum ea, in fine. C. de dot. promiss. in l. 1. ff. de testam. milit. Barto. in l. dotalem. C. eod. titu. Dec. consilio 355. numero sexto.

33 Accedat prædictis † id, quod post gl. no. Ias. in l. si quando. num. 3. limit. 2. C. de inoffic. testam. dum dicit, quod, si concedatur alicui libera testandi facultas, quæ solennitates censeantur remissæ? utique eæ quæ nemini præiudicant, ut numeri testium, & similes, non autem illę, quæ alteri præiudicent, prout institutiones, & similes. Vnde uerba libera absoluta, & plenitudinem importantia, non operantur in præiudicium tertij.

Reassumendo igitur: aut verba importantia plenum, & absolutum arbitrium diriguntur in ea materia ad inhabilem, uel habilem. Primo casu satis operantur, quia reddunt habilem, & hoc sufficit, & hoc uerum, si dirigantur a persona, & causa efficienti potentiam habente. l. et. §. 1. &

§.1.& ibi no.l.Paulus.§.patroni.ff.de bon.liber. Secundo casu censetur remittere solennitates nemini præiudiciales:secus, si alij sint præiudiciales:nam hoc casu,aut uersatur dolus,uel enormissima, uel enormis læsio.Primo,& secundo casu non operantur uerba ista, tertio casu sic, & sic erit sublata enormis læsio.

34 Iuxta etiam † prædicta infertur, ut si causa iniuriæ, compromisero in aliquem,ut faciat de me,secũdum quod uult,intelligitur arbitrio boni uiri,non pro capriccio suæ uoluntatis.glo.notabil.in l.penult.in glo. magna,in fine.ff.de arbitr. Est una de quæstionibus disputatis per Pileum.quæst.61.cum Caius Seius.Hostien.in Sum.de arbitr. §. de qua re,uers.iuxta consideratione.Spec.in tit.de arbitr.§.2.uersic. item nullus.Innocen.in cap.Quintauallis.de iureiur. Cyn. & Bal. in l.4. C. de dot.promiss.Bal.in l.fin.in 2.opposit.C. de contrah. emptio. in l.cum quidam.ff.de lega.2.in l.2.§.uoluntatem.ff.solu.matrim. in l.uoluntates.C.de fideicommiss.Alexan.in l.1.de legat.2.in l.si sic,num.16. vbi Ias.num.30. ff.de legat.primo. Commendat pro singul. Petr. Girard. singul.6.num.3.Felyn.in cap.cõtingit,de senten.excommu.& est communis opinio. Lanfranc. de arbitr. col.2.Ioan.Baptist. de sancto Blas. quæstio. 24. Didac. uariar. resolut. libro 2. cap. 13. colum.2.in fine. Vbi hoc pariter ualdè commendat.Firmia.in uerbo, inimicus. uers.5. Guid.Pap.quæst.495.

35 Declara primo † loco, secundum antiquos, ut facienda sit uis in uerbis:aut dicit,suppono me uoluntati tuæ,& tunc non fit reductio ad arbitrium boni uiri, aut dicit,suppono me arbitrio tuo, & tunc fit reductio ad arbitrium boni uiri,& certè iura,in quibus se fundant glo.in l.penul.ff.de arbitr.loquuntur per uerba importantia arbitrium boni uiri,scilicet.l.libertus.ff.de oper.libert.& hæc opinio,succinctè tamen, more suo,refertur ab Alberic.in d.l.penul. Et considera uerba glo. in d.l.penul.ff.de arbit.nam quando format quæsitum,loquitur per verbum,uolo,& per uerba generalia, quicquid, & quod vult: in responsione restringitur ad l.si libertus, quæ loquitur per uerba importantia regulatum arbitrium.

Declaratur secundo loco doctrina glo. in d.l.pen.ut procedat, si remittens tractat de damno uitando. Alex. dicens hoc perpetuò notandum,in l.1.sub nu.28.ff.solu.matr.secus, si de lucro captando.

36 Hinc postea † infertur ad clausulam illam, quæ quotidie apponitur in instrumentis:solutionem verò,promisit facere Tuderti, Perusiæ, & ubi per creditorẽ cõuenietur, & sibi placuerit, qa intelligitur arbitrio boni uiri, qui non arbitrabitur, ut reus conueniatur extra proprium domicilium.Bal.in rub.de constit.pecun.col.6. in l.si quis in conscribendo.C.de episcop.& cleric.Ias.post alios, in l.si conuenerit, num. 38.ff.de iurisd.omn.iud. in l.1. num.6. ff. de eo, quod cer.lo.Petr. Girard.sin-

rard.singul.6.num 4.Mantua consi.7. nume. 15. Sarain. ad Matthesil. notab.15.num.3.

Quare distinguebat Abb.in cap.1.colum.13.de iudic. aut sunt apposita uerba importantia arbitrium boni viri, & procedat opinio Barto. & superius relata, aut sunt apposita verba importantia liberam voluntatem,& tunc secus.

37 Ego hanc † declarationem vltra alios confirmo ex hac ratione. Nã quando uerbo,placuerit,adiicitur dictio vniuersalis, vt quicquid, & similia,mutat,ratione adiuncti,suam naturam, & importat liberam, & absolutam voluntatem.Ruy.cons.133.num.3.lib.2. Excu.in cap.1. num.389.de constitutio.per l.in fideicomm.§.cum Pollidius, de vsu. Bald. in l.cum vi. in 2.oppo. C.de fideicomm. Dec.cons.29.nume.3. Gozad.cons.8.num.24.cons.9. nume.2. Crauet.cons.227.nume.13. Cum igitur in casu,de quo agitur,dicatur nimis generaliter,& vbi per creditorem placuerit;meritò &c.

Considerabat etiam Ias.dicens,aut debitor vsus est uerbo,conueniri vbi creditori placuerit, aut vsus est verbo, soluere vbi creditori placuerit.Primo casu intelligitur arbitrio boni viri, secundo casu non.

Declaratur tertiò allegata conclusio,vt restringatur,quod attinet ad interesse, & controuersiam rerum: secus vt possit in personam & corpus remittentis, aliquid disponere, cum nemo sit dominus membrorum suorum.l.illud,ad l.Aquil.Bar.in l.1.§.vsque adeo, in fine. ff. de iniur.dicens consuetudinem talẽ non valere,prout Pisis: & quãdo valeret,semp intelligitur arbitrio boni viri, & nõ aliter. Idem Bar. sed etsi vnius.§.prætor ait, vbi ualdè commendat. ff.eodem, de iniurijs. Dec. in l.pacta,quæ contra,sub num.5.C.de pact.dicens hoc esse contra bonos mores,& malè obseruari Pisis, vbi tunc ipse legebat. Latè Boer. decis.262.num.4.

Subdeclaratur hæc declaratio, ut ꝓcedat, qñ cutis scinditur: secus in alapa,ubi cutis nõ scindit. Ita Bar.in d.§.vsq; adeo. Aret.in tract.Malef. in verbo contra voluntatẽ.Cagn.contra Dec. in l.non vr̃ fraudare, sub nu.5. ff.de reg.iur. dicens hanc opinionem esse benigniorem.

38 Et ad † propositũ vulgaris.l.liber homo.ff.ad l.Aquil.procedit enim in occidente,vel vulnerante, ut in l. qua actione. ff. ad l. Aquil. Vnde non procedet ubi cutis non scinditur,sed alapa tantum infligitur.

Subdeclaratur secundò in leui castigatione, quæ fieri potest, ut no. Abb.in cap.contingit.el primo.num.2. de sent.excomm. Vnde dicebat Sanctus Thom.2.2.quæst.66.artic.1.quòd priuata persona non potest mihi volenti abscindere membrum sanum.

Subdeclaratur tertiò,ut consuetudine, uel statuto induci possit.gl. notabilis,in cap.cum homo.23.quæst.5.quam probauit Roman. consil.15.num.2.& singul.128.Marsil.de fideiuss.quæst.29. Dec.in cap.2. de con-

de constitutio. in 1.&.2. lectura.Felyn. in cap.2. num.8. de probatio. Ronch.in cap.vltimo,de consuetud.Dec.in l.nec ex prætorio. num.6. ff.de reg.iur.Iaf.in §.quædam.num.37.de actio. Menoch. de arbitr. q. 7.num.12. Quod fortius procederet, cum aduersus reos contumaces statueretur,qui tacitè propriis defensionibus renunciasse dicuntur, vt egregiè admodum regulam.l.liber homo. ff. ad l.Aquil. declarat Dec. in l.2.in secunda lectura.num.48. C.qui admitt.sentit Iaf. in l. penult. num.18.C.de pac.Grammat.volum.7. num.6.7. sic enim tacitè multa,quæ non expresse constitui,fieriq́ue possunt.

Contrarium sentit Couarr.variar. resolut.lib. 2. cap.8.num.8. tamen præcedens opinio verior videtur. Et licet responsio, quam ibidē facit,vera sit,quoad rationem per eum formatam, non tamen generaliter tollit, quin præcedens opinio verior sit. Licet enim præcedente culpa consensus de facili à lege præsumatur,non tamen tollit, quin in alio casu consuetudine id induci possit.

Et prędicta sunt vera,quando quis facit compositiones cum curijs, remittendo se gratijs curiæ,quod debet modus seruari. Vrsill.ad Afflc. decis.91.num.7.in fine.Facit Capic.decis.116. quod si concedo alicui rem ad beneplacitum meum,quòd non possum incontinenti reuocare,sicut de mutuo facto ad requisitionem mutuantis, quod non potest incontinenti fieri requisitio. l.qui sic. ff.de solutio. cum similibus per Tiraquell.ad l.si vnquam,in verbo,si liberos susceperit,nu.142.

39 Limitatur quinto † loco principaliter, vbi post dictum pactum, vel conuentionem superuenisset noua causa, puta, quòd fuisset pars, cui est facta remissio effecta inimica, uel infamis,seu prauæ conditionis. Nam tunc talis facultas concessa reuocari poterit, nec pars amplius iurare poterit.Iaf.in l.iusiurandum,quod ex conuentione,in princ.nu.6. in secunda limitatione.ff.de iureiuran.dicens ita iudicatum, & ita aliàs consuluisse in l.si ab arbitro. num.4. ff.qui satisd.cogan. Soc. conf.90. vol.4.pulchre saluando Bar. Stracc.de mercat.titu.de contract.merca. sub num.6.vbi valde comendat.Soc.consil.90.col.3.vol.3. argumen. l.si cum Cornelius.ff.de solutio.Pedemont. 8. dicens hanc opinionem veriorem,& æquiorem Caball.de euictio.§.3. num.158. vbi de cōi.

40 Pro qua † opinione facit, quòd quælibet dispositio intelligitur rebus sic stantibus.l.fi.ff.qui satisd.cog.latè Tiraquel. ad l.si vnquam, in princ.nu. 166.C. de reuoc.donat.

Addo Dec.in l.in ambiguis.§.fi.ff.de reg.iur. Soc.conf.129. col.fin. vol.1.Corn.dicens ita de consuetudine seruari,conf.83.lib.4.186.col. 8.post medium.uol.2.conf.288.col. 8.uolum.4.Grat.lib.2.respon.44. num.22.Crauett.conf.264.colum.3.uersic. nec dicatur, ubi loquitur in actu iurato. Celf. Hug. de clausul. contract. in uerbo, rebus sic stantibus.

41 Hinc postea † si quis iurauerit accipere doctoratum Bononiæ, & ibi superuenerit pestis, excusabitur à periuro, quia iuramentum intelligitur, rebus sic stantibus. Salyc. in l.fi.C.de pact. pulchrè Ripa in l.qui Romæ.§.duo fratres.num.77.ff.de verb.oblig.

42 Pariter, si † Doctor iurauerit legere per triennium Senis, si habeat hospitium cum taxata pensione, poterit in secundo anno non legere, absque incursu reatus periurij, si in secundo anno non habebit hospitium, vt per Doctor. in l.si quis hæredem. C. de instit. & substit. refert Corn.cons.7.colum.penul.in fi.vol.1.

43 Et si filia † renunciauit cum iuramento patri, viuentibus fratribus, iuxta cap.quamuis, de pact.in sexto, fratribus deinde mortuis, succederet, non obstante iuramento, quod intelligitur rebus sic stantibus. Bal. in l.pactum.q.14.C.de collatio.ubi Roma.colum.5.Pau.Castrens.colum.2.versic.item quæritur.Salyc.in l.pactum.colum.3.C.de pact.ubi Dec.colum.4.limitat.5.Corn. colum.2. in 7. limitatione. Geminia.in cap.quamuis.colum.fin. de pact.lib.6.Ioan.Crott. in l. stipulatio hoc modo concepta.in 7.limitatione.ff.de verb.obligat. Soc.regu.150. fal-
* len.2.Alexan.consi.39.colum.3. volum.3. & hæc est vera, & communis opinio.Bertran.cons.60.uol.1.Ant.Gabr.de iur.dot. conclus.1. nu. 35.limitatio.9.& de reg.iur.conclu.4. num.8.Soc.reg.194. limita.16. Pedemon.112.num.9.Borgni.decis.36.num.24.par.1.latè Didac. ad cap.quamuis, in 3.par.relectio.§.3.num.4.

44 Quartò, promissio † de non offendendo, & pax, etiam iuramento firmatæ, intelliguntur, rebus sic stantibus, & excipitur noua causa.Bar. in l.quæro.§.inter locatorem.ff.locat.in l.aut facta.§.causas. ff.de pœ-
* nis, in l.cum quæritur.ff.de exceptio.rei iud.Dec.ex communi, in l.cũ proponas.C.de pact.cons.380.& 531. 9.num.Corn.cons.175. versi. hoc tamen non obstante.lib.1.consi.42.col.2.uol.2.& cons.45.eo.li.2. cons.44.lib.4.Alex.in l.semel mora.ff.sol.matrim.Alex.cons.113.li.2. & 116.lib.4.Mars.consi.9.& cons.83.col.fi.cons.122.num. 10. in practic.§.aggredior, in l.1.§.fin.ff.de quæstion.Tiraquell.in l.boues.§.hoc sermone. ff.de uerb.signific.Paris.consi.164.& 168.lib.4.Capell.Tholosan.489.Placa in Epitome delicto.lib.1.cap.7.in fine.Cephal. consi.
* * 35.lib.1.& hæc est magis communis opinio. Hercul.de cautio. de nõ offenden.cap.13.sub num.3.& est casus indubitatus. Curt.iun.consil. 42.& ita passim de consuetudine seruatur. Ferret. de feriis.nume. 68. & 126. Vulpell.dicens hoc certissimum de iure communi, in compẽd. de pace.quæstio.45.

45 Bene verum, † quòd in terris Ecclesiæ vltimo loco adest constitutio Pij V. de anno 1566. qua in principalibus prohibetur allegatio nouæ causæ, sine licentia Sedis Apostolicæ: & ita passim fiunt instrumenta.

Quintò, stante statuto, prout ferè est per totam Italiam, quòd instru

menta

menta donationum insinuētur infra sex menses, aliàs sint nulla. certè iuramentum simpliciter præstitum, nulla de insinuatione facta mentione, non validabit donationem postea nullam ex lapsu temporis statutarij, quia iuramentum intelligitur rebus sic stantibus. cap. cum P. de renunciatio. cap. quemadmodum. de iureiu. Paris. consi. 110. num. 35. uol. 1. Cassane. in consuetud. Burgund. rubr. 7. §. 2. num. 9. Boer. decis. 204. num. 21. Ruyn. consi. 170. num. 13. uolum. 1. Menoch. consi. 84. num. 3. Riminal. consi. 262. num. 26. & in §. 1. num. 665. Instit. de donat. Ant. Gabr. lib. 3. de donatio. conclus. 1. num. 67. Mannos. ad Roma. consi. 26. in uerbo, iuramento. Iul. Clar. in §. donatio. quæstio. 18. in fi. Serafin. de iuramen. priuileg. 73. sub num. 6.

Remissio igitur in alium facta, intelligitur, rebus in eodem statu manentibus. Vnde si oriatur noua causa, licebit mutare, & recedere à iam facta promissione, & remissione.

Etsi hoc procedit in actibus iuratis, qui fortiores sunt, ut ius quæsitum ex contractu per Principem tolli non posit, ut habetur in l. fina. C. si contra ius, & vtil. public. & in cap. quæ in ecclesiarum, de constitu. Multo magis uendicabit sibi locum in remissionibus non iuratis, & re adhuc integra.

46 Et ista † mutatio, licita est principaliter in duobus casibus, uel ex noua causa, vel ex antiqua ignorata. cap. nulli. de elect. li. 6. vbi Frāch. no. ad hoc propositum, quod, licet quis non posit venire contra factum proprium, regul. quod semel, lib. 6. potest tamen in prædictis duobus casibus.

47 Hinc postea † medicum semel approbatum ex causis prædictis reprobare possum, vt latius diximus in tract. locat. & conduct. in verbo, libertas, ad l. inuitus. quæstio. 4. Dyn. in d. reg. quod semel. nu. 12.

48 Et super † hoc statur iuramento, ut dixit textus in d. cap. nulli, in fine, & est communis opinio, ad quam latè Menoch. de arbitr. cas. 186. Mascard. conclus. 88 1. Serafin. de iuramen. priuileg. 4. Boui. de statut. vrb. præscrip. glo. 19. num. 13.

49 Secundò loco † hæc opinio, & declaratio confirmatur, quia eum, quem semel acceptaui, vel approbaui, ex causa reprobare possum. l. vt gradatim. §. sed & reprobari, vbi glo. not. ff. de mune. & hono. in l. 2. C. de professſ. & medic. lib. 10. in l. Pomponius, la prima, in verbo semel probatum. ff. de neg. gest. in l. quod semel. ff. de decret. ab ordin. facund. Cagno. in l. nemo potest mutare, ff. de reg. iur. maximè in casu isto, vbi res est integra.

50 Limitatur sexto † loco principaliter in administratoribus alienis vtputa tutoribus, curatoribus, pupillorum, minorum, furiosorum, surdorum, prodigorum, & similium personarum. Item in Prælatis, Rectoribus Ecclesiarum, Hospitalium, & piorum locorum, necnon Decurionibus,

nibus, Præsidentibus, & Consiliariis, Gubernatoribus ciuitatum, oppidorum, & villarum, quorum nullus pacisci potest, de stando dicto partis, creditoris, & tertii, & si fierent talia pacta, non ualerent, nec allegari possent contra ecclesiam, minorem, & alios superius nominatos. Bar. in l. iurisiurandi gratiam. vbi post alios Ias. ff. de iureiur. tenentes expresse, quod pupillus non potest facere remissionem iuramenti, etiam cum auctoritate tutoris. Plot. de in litem iuran. §. 48. num. 5. & 6. limitat. 4. & 5.

51 Inferentes ex † hoc, quòd pupillus cum auctoritate tutoris potest facere pacem de morte patris occisi. Specu. in tit. de homici. §. 1. num. 6. Bald. in l. 1. C. de in integrum restitut. min. nu. 4. quem sequitur ibi addens Barbat. & ratio videtur, quia actio iniuriarum non est in bonis. l. 2. §. emancipatus. ff. de collatio. bon. & non transit ad hæredes. l. si eum §. qui iniuriarum, ff. si quis cautio. vnde facilius remitti potest.

52 Ampliatur hæc † conclusio, vt non requiratur Iudicis decretum, sed sufficiat tutoris auctoritas. Bal. in l. pactum curatoris, num. 3. C. de pact. castrens. in l. rescriptum. §. plerumque. nume. 6. ff. de pact. Ioan. Crott. in l. 4. §. Cato, in prima lectura, num. 108. ff. de uerbo. obligatio. Vbi quinque circa id casus constituit Illustrissimus Alban. ad Bart. ad l. congruit. de offic. præsid. Nell. à S. Gemin. in tract. de bannit. in 3. par. secundi temporis. quæst. 32. num. 32. Nicol. Moron. de treug. & pace. * quęstio. 48. Et hæc est vera, & communis opinio. Abb. sic appellans, consi. 208. num. 3. Lambertengh. de contract. mulier. glo. 1. sub nume. 347. in fine.

53 Ampliatur secũdò † ẽt stante statuto prohibente minoré contrahere sine tali solennitate seruata, sine qua pacis contractum facere poterit. Abb. d. cons. 208. Crott. d. §. Cato, sub num. 109. id commune appellans. Ferret. de feriis, num. 155. ea ratione, quia hoc non est propriè contrahere, sed remissio iniuriarum. Vnde ponderanda sunt verba.

54 Ampliatur tertiò † in muliere prohibita contrahere sine forma statuti, quia pacem facere non prohibetur, ex his, quæ latè no. Lambertẽgh. de contract mulier. glo. 1. num. 341. cõsiderando, & distinguendo per eum, quem casum omisit Grauat. Theoremat. 25. ex professo tractás materiam mulieris prohibitæ à statuto contrahere.

55 Ampliatur quartò, † vt solus tutor hoc bonum pacis facere possit. Boss. in tit. de pace, num. 14. & ita quotidie seruatur secundum cũ, & dantur curatores speciales ad hunc actum.

Declara, si pupillo expediat; puta, quia inimicus sit potens, possitque ei in persona, uel bonis noxiam facere, non autem cum attenta pupilli qualitate dedecus esset iniuriam inultam remittere. Bal. in d. l. pactum curatoris, per l. miles §. socer. ff. de adulter. quem secuti sunt ibi. Salyc. num. 3. Alber. nume. 4. Alexan. nume. 6. Dec. nume. 7. Curt. iun.

num. 17.

num. 17. Anchar.in cap.qui ad agendum, de procur.lib.6. Plac. in E-
** pitom.delictor.cap.45.num.8.Et hanc dicit magis communem Vul pell.de pace.q.18.

Et iuxta hanc opinionem crederem conciliari posse cōtrariam opinionem negatiuam,quam firmauit Corset.de pace, in princip.nu.15. Iodoc.in pupill.patrocin.tit.de tutorum,& curatorum munere.capit. 10.num.75.dicens hanc opinionem negatiuam esse tutissimam, & securissimam. Ioan. de Arno commentar. 188. id pro notabili tradens Iul.Ferret.de feriis,num.53.Thob.Noni.consi.153.nu.4. & post multos relatos.Simoncell.de decret.lib.2.titu.6.in spectio.16. num.137. si enim considerentur eius rationes pro hac parte negatiua, omnes respiciunt, quando pupillo fit dedecus, vel damnum, quo casu etiam tenentes partem affirmatiuam hoc admittunt.

56 Illud autem, † vltra alios est memoria dignum,quòd in dubio presumitur pacem expedire:ita videtur velle Bal.in additio. ad Spec. titu. de homicid.circa finem.

57 Vnde non † datur restitutio in integrum aduersus pacem habitam. Bal.Salyc. Alexan.Ias.& cæteri in l.pactum curatoris.C.de pact. Crot. in d.§.Cato.num. 110.Nell.ad quæstio.32.in fine.Moro. d. quæst. 48.
* num.4 par.2.& hæc est communis opinio. Sfort. Odd. de restitutio. in integrum.q.86.artic.7.sub num.45.Ioan.Igne.in repeti.l.donationes. num.6.C. de donat.inter vir.& vxo.

58 Limitatur hæc † conclusio,quando pax esset iuramento, vel pœnali stipulatione vallata.Bal.in d.pactum curatoris,circa finem, & ibi Salyc.num.2. vers.ex hoc inferunt.Guid.de Suzar.in l.si minor. §.vltim. ff.de minor.Corset.de priuileg.pacis,priuileg.88.Nouell.in pract.criminal.in vlt.parte.num.88.Ferret.de feriis,num.55. & 56. Simoncell. de decret.lib.2. titu.6. in spectio.16.num.136. Hercula.de cautio. de non offenden.cap.38.num.6.Zilett.consi.131. inter consil. criminalia Lambertengh.de contract.mulier.glo.1.nu.343.

Sed considerandum est,quod si prædicta non sunt, prout sine dubio sunt; rarò dabitur casus, vt pupillus modo,quo supra,pacem faciat: adsunt enim primo loco pœnæ conuentionales, quæ passim de communi stilo in talibus instrumentis apponuntur: adsunt & pœnæ legales, quæ grauissimæ ponuntur; vnde quomodo dabitur casus, quod pupillo non sit graue periculum, quoad propriam vitam, & bona pacis, contractum inire. Vlterius,si pacem rumpat, vltra damnum in bonis, infamiam in honore incurrit; nec pacem petenti graue videatur pupilli pubertatem expectare, qui in parentis nece tam præceps fuit, & pupilli ætati, ac damno non pepercit, quicquid satis confusè senserit Iul.Clar.in practic. §.fin. quæstio. quinquagesimaoctaua.num.27.

Et pro-

59 Et prout † Theologi sentire videntur ad salutem animæ, sufficit di lectio inimici in communi, & remissio ex corde facta: non autem est necessarius actus exterior ad obtinendum remissionem a sacerdote. S. Thom. in secunda, secundæ. quæstio. 25. artic. 9. Clarius Caetan. in secundo, & tertio dubio, quasi exterior actus pacis sit ordinatus ad bonum ciuile, non ad salutem animæ, de necessitate. Saluo sano iudicio S.M.E. cui me in omnibus, & per omnia submitto. Nauarr. attestans opinionem Diui Thomæ receptam in Manual. cap. 14. sub num. 25. Io. Visco. in suis institutio. Christian. cap. 12. uersic. 6. de inimic. dilectio. declarando, ut per eum, ad quem remitto. Declara id verum quoad animi rancorem: secus quoad ius accusandi, & proprium interesse. Couarruu. variar. resolutio. cap. 10. libro secundo. Moro. de treug. & pace. cap. 48. num. 7.

60 Limitatur sexto † loco principaliter, respectu hæredis: nam, si promisi stare dicto Titii, non teneor stare dicto sui hæredis: & ratio est, quia homo, dando facultatem alicui iurandi, potest confidere de eo, ita dicit tex. in proposito, in l. generaliter, & ibi gl. no. C. de reb. credit. Iaf. in l. si quando, num. 52. uersic. secus in iuramento. C. vnde vi, & in. penul. §. fin. versic. aut nos. ff. ne quis eum, & ibi Alexan. colum. final. versic. Roman. hic dicit. Roman. consil. 290. in casu, num. 5. uersi. præterea. l. qui bona. §. qui damna. ff. de damn. infec. Bal. in l. 2. C. de condictio. indeb. in l. in bonæ fidei. C. de reb. credito. Anto. Gabr. de iureiur. conclu. 7. num. 9.

Addo Curt. iun. in l. in actionibus. nu. 43. de in lit. iur. Marsil. singu. 346. Tiraquel. ad l. si vnquam, in uerbo reuertatur, num. 247. C. de reuocan. donatio. Seraf. de iuram. priuileg. 31. num. 19. Plot. de in litem
* iuran. §. 29. limit. 2. nu. 7. Vbi dicit communem opinionem.

61 Sed contra † hanc limitationem obstare videtur conclusio, quòd pactum factum cum principale extenditur ad eius hæredem, licet de eo nulla sit facta mentio, quam primo probat tex. in l. veteris. C. de con-
62 trahen. & committen. stipulatio. vna ex quinquaginta † decisionibus Iustiniani, vbi Imperator ad hanc conclusionem firmandam tribus rationibus mouetur, quas recensebo, quia multum conferunt ad præsentis materiæ indagationem.

Prima igitur ratio est: quod enim in principalibus iustum est, cur non ad hæredes, & aduersus eos transmittatur.

Secunda ratio est: cur factum alij impositum, nō sit posibile ab alio compleri.

Tertia ratio est: cum pene similis sit omniū natura, cur non & facta omnes, vel plus, vel paulo minus adimplere posint? ne ex huiusmodi subtilitate cadant hominum voluntates.

Et licet fortasse Philosophi, & rerum naturalium indagatores, eas

non

non sic de facili admitterent, & in via dispútatiua de facili controuerti possent; tamen, quia hæc est lex, & à Iustiniano promulgata, cui omnes multum debemus, eas sequi, & amplecti debemus, licet multa in contrarium dici possent.

64 Secūdo loco † ad idem bene facit textus, in l. si pactum, in fine. ff. de probat. ibi: plerumque enim hæredibus nostris, sicut nobis ipsis cauemus. Vnde ibi ad propositum dicit Iurisconsultus, ei, qui allegat hæredem comprehensum non esse, incumbit onus probandi.

Ad idem textus in l. si necessarias. ff. de pignora. actio. §. penult. l. hæredem. ff. de reg. iur. in Auth. de iureiur. à morien. præstit. in prin. l. vxorem. §. agri plagam. ff. de leg. 3. l. iurisgentium. §. pactorum, ff. de pac.

63 Hinc postea † testamentum defuncti reputatur testamentum hæredis, vt in notabili quæstione tradit Pau. Castrens. consilio 64. videtur dicendum.

Et hæredi imputari non potest, quod non sit nominatus in instrumento, quia, nominato Titio, eius hæres nominatus censetur, vt no. Bal. in l. 1. colum. 1. C. quorum legat. hinc hæres non potest improbare factum defuncti. l. cum à matre. C. de rei vendicat. l. si ad ea. C. de neg. gest. l. si vxor, de bon. aut. iudic. posſiden.

65 Immo sermo † defuncti censetur sermo hæredis. Soc. consi. 293. libro 2. quem commendat Dec. cōs. 262. colum. 2. & 282. in secūdo dubio, cum latè adductis per Cagnol. in repetit. l. 2. q. 3. num. 45. C. de pac. inter emp. & vendit.

Pro veritate igitur præsentis limitationis firma fit regula, quòd pactum factum cum defuncto, extenditur, & verificatur in eius hęrede, licet nulla de eo sit facta mentio, iuribus superius adductis.

66 Ampliatur primò † hæc regula, etiamsi apponantur verba importātia personalitatem; puta, si dicatur: concedo tibi hoc pro vsu tuo proprio; quæ uerba personalitatem importāt, vt no. Ant. de Butr. in cap. licet ex quadam, de testibus, ibi, proprio firmauerit iuramento. facit textus in l. singulos, ff. de testam. & proprium est illud, quòd vni soli competit, secūdum Porphirium, facit textus in l. omnes populi. ff. de iust. & iu. in §. 1. instit. de patr. potestat. & tamen hæredem non excludūt. Dec. cōsi. 262. in responsione ad quartum argumētum: vbi dicit Dec. quòd magnates apponūt ista verba ad excludendos famulos, & facilitādum negocium. Nam dum magnates dicunt, peto hoc pro me proprio, non negatur, ratione reuerentiæ: sed facta concessione, abutūtur cōtra infęlices Communitates, quæ passim suppeditantur.

67 Ampliatur secundo † loco principaliter, etiam si in pacto, vel cōcessione esset apposita dictio taxatiua: nam nō excluditur persona hæredis. Bal. in l. fi. circa fi. C. de act. empt. vbi dicit, quod promissio de suo facto, & dato tātum, excludit personam extraneam, nō autem hæredis allegat.

allegat.l.ſtipulatio iſta,in princ.ff.de verb.obligat.ſequitur Alexan. cõ ſil.18.attentis,colum.fi.lib.5.Dec.conſil.281.num.5.Iaſ.in l.2.§.item ſi in facto,colum.2.ff.de verbo.obligat. in l.ſi ſic ſtipulatus, la grande, colum.4.in fine,verſic.ſecundo quia.ff.de verbo.obliga. in l.1.in prin cip.limit.4.ff.ſi quis ius dicent.non obtempera.in l.ſi tibi decem. §. ſi quis.ff.de pac.Corn.conſi.69.colum.2.lib.4. Cur.ſen. conſi.76. col. 10.Crauet.de antiquit. temp.par.4. in princ. nume.128. Ripa ab eo non allegatus,in l.ſi conſtante. nu.87. ff.de ſolu. matrimon. latè Tiraquell. de retract. conuentio. §.1. glo.6.in princip. Alban. repor. 165. in fine.

68 Ampliatur tertio † loco principaliter, etiamſi in perſona hæredis ceſſat ratio,quæ in defuncto militabat: vnde vſuræ, vel alimenta marito promiſſa pro oneribus matrimonij,hæredi etiam debentur,licet maritus in vita non exegerit, ex quo vna perſona reputantur maritus, & hæres.Barto. in l.quæ dotis.num.4.ff.ſolu.matrim. vbi Iaſ. nume.121. idem Iaſ.in l.de diuiſione,num.13.ff.eod.titu.in §.fuerat.num.21.verſic.ſed audite.inſtit.de actio.dicens, quod ſi caſus ſibi contingeret, ita teneret,& conſulendo,& iudicando.Corne.conſi.145. colum. fina.& conſi.fin.col.fi.volum.2.Alexan.conſi.63.num.13.& 14.volum.4. cõ ſil.208.uolum.7.num.10.conſi.56.num.6.vol.4.Dec.conſi.571.Caſſane.in conſuetud.Burgund.rubr.4.§.23.num.17.limi.4.verſ.ſed hæc limitatio non eſt vera.Ruyn.conſi.224.num.15.uol.1.conſi.61.num. 5.volum.4.Grat.reſpon.58. par.1. Grammat. deciſ. 70. Pariſienſ. ad Alexan. d.conſi.63.dicentes hanc eſſe perpetuam opinionem Alexan. tam legendo,quàm conſulendo.Cagno.in l.hæredem.num.4.ff.de regu.iur.Salyc.in Authen.ad hæc.q.3.C.de vſur. Arnol.Ferion. in conſuetu.Burdegalen.tit.de dot.§.1.Pariſ.de contract. q.74. nume. 526. Pariſ.conſ.64.lib.4.Corrad.de contract. quæſtio. 35.in fine. Silueſtr. in uerbo, vſura.§.4.Nauar.in Manual.ſub ſeptimo præcep. cap.17. numero 274.

Contrarium tenet Bar. in l.vir vſuras. ff. de donat. inter uirum, & vxor.Bald.conſi.474.volum.3.quod conſilium, vti ſingulariſsimum commendauit Salyc.in d. l.vir vſuras Cremens. & ibi Sara. in addit. ſingu.5.Roman.517.num.16.poſt Dioniſium de Peruſio eius præceptorem per eum relatum.Corn.conſi.165.volum.4. Alexan.conſi.64. num.8.volum.5.Gomeſ.in §.actiones.num.6.de actio. Balb. de præſcrip.in prima par.3.par.princip.colum.1.Neuiz.conſ.57. num.8.Cãpeg.de dot.par.2.q.6.colum.fin.Boer.deciſ.196.num.4. Soc.iun.con ſil.114.num.40.volum.3.Grammat.deciſ.103.num.29. Alciat. reg.1. præſumpt.32.num.4.& 7.vbi dicit,quod maxima eſt auctoritas Bald. in actu practico.Marſil.ſingul.360.num.4. Abb. conſi.85. par.2. Cephal.conſi.85.num.15.Pontan.de alimen.cap.14.ſub num.4.Menoch.

de præ-

de præsump.lib.3.præsumpt.25. num.6. versic.tertius casus, qui sicco pede incedit, & paucos allegat, prout uidere potes. Antoni.in Summa, par.2.tit.1.cap.7.§.32.Sum. Angel.in verbo vsura.§.26.Fortun. Garzi.de vlt.fine iur.illatio.6.

69 Ampliatur hæc † conclusio, vt procedat etiam de iure Canonico, quia textus in l.cum quidam §.Diuus ff.de vsur. non inducit præscriptionem, iuxta cap.fin.de præscriptio.sed ex lapsu temporis, & morte mariti præsumit liberationem, seu donationem, neq; hic sumus in materia peccati, quia iste non soluens interesse, non peccabat, nisi fuisset interpellatus, ex quo erat tantummodo obligatus officio Iudicis, & potuit socer verisimiliter credere generum esse forte contentum, nec vsuras, vel alimenta exigere velle. Corn.pulchrè cōs.206. col.fi.vol.2. quē commendat Alciat.regu.1.præsump.32.sub nu.8. Menoch.lib.3.præsump.25.nu.9.& 131.num.97.facit, quia l.cum de in rem verso, procedit, cum ecclesia, & in terris ecclesiæ, vt pulchrè Ias.in l. si certis an-
* nis, nu.14. C.de pac. Et hæc secunda opinio communiter reprobatur, teste Ioan.Lup.in c.per vestras, in tertio notabili.§.1.num.1.in fine, de don.inter vir.& vxor.Ant.de Corduba ad l.si quis a liberis.§.si quis ex his, num.60.in fine.ff.de liber.agnosc.

70 Concludendo igitur, † considerandi sunt in proposito duo casus principales: primus est in solo cursu tēporis, sed adhuc maritus viuit, & petit, & tunc non potest allegari remissio, neque donatio. Secundus est casus, quando duo simul concurrunt, scilicet, taciturnitas mariti toto tempore vitæ, & mors secuta, & tunc hæredes excludūtur, quia per ista duo videtur inducta remissio, & liberatio: non quod hæres nō reputetur una persona cum defuncto, sed per illa duo, quæ in uita, & in morte mariti occurrerunt, censetur maritus præiudicasse, & sic nihil transmittere potuit. Ita, subobscurè tamen, colligitur a Rom. d.consi. 517.num.16.uersi.unum tamen dico, quem secutus est Balb.in tract. præscript.in prima par.3.par.princ.col.11.uers.subdit Rom. Boer.d. decis.196.num.4.Cephal.in allegato consi.85.num.14.Pedemontan. 132.num.19.Ioan.Lup.de usur.ad l.curabit. §. 4. num.83. & sic in casu hæredis non transmittitur istud ius.

71 Ampliatur quartò † hæc conclusio in actu p iudiciali, & executiuo: un, si obligatio contra defunctū habuerit executionē paratā, pariformiter, & contra hæredē. Bar.& Alex.in l.si postulante.ff.ad Trebellia. Verum, quia instrumenta obligationem continentia fiunt cum iuramento, quærendum est, an cameralis, uel guarantigiata obligatio transeat quoad vinculum iuramenti pasiuè in hæredem? & communis distinctio uidetur, aut loquimur quoad obseruantiā contractus, & transit in hæredes, aut loquimur quoad uinculū periurij, & hoc nō afficit hǣdes Cassad.decis.2.nu.10.de iureiu.Paris.cōs.75.col.pen.uol.3. Castr.in l.

grege.ff.de legat.1.consi.65.& 67.volum.1.in Authen.quod obtinet. C.de probatio.est dictum Innocen.quod passim circumfertur,& scribendo,& allegando,in cap.veritatis,de iureiur. & ibi Ancha.idem no. Feder.de Sen.consi.281.pulchrè Butr.cons.59.nume. 2. vbi loquitur in notabili casu;quòd Priores,& Antiani locorum & ciuitatum,debēt seruare contractus antecessorum:& licet in successores,maximè singulares,non transeat effectus periurij, tamen læditur publicum decus ciuitatis,qđ est,ut pacta iurata seruētur, & talia iura fortificant contractus contra successores:quod consilium est valde notabile in officialibus Communitatum. sequitur Dec. pro Volaterranis consulens cons. 292.num.7. vers.superest tertia conclusio. vbi allegat consilium Butrij.Alex.cons.50.num.20.lib.4.Soc.consi.77.colum.fin. & 79. in fin. volum.1.Dec.consi.639.latissimè Ant.Gabr.de iureiur.conclu.6.

* Addo,quòd hæc est uera,& communis opinio,à qua in iudicando, & consulendo, non est recedendum.Anto.Gomes.de contract.cap.14. sub num.19.Emanuel.pariter de communi in Thesaur. recep.senten. littera I. num.331.Vrsill.ad Afflict. decis.381.num.5. & hoc certissimum est in iure.Decis.Perusi.15.num. 12.& Mago.commune appellās Rot.Luc.num.21.Sebast.Medic.Mors omnia soluit,concl.58.

Non omitto tamen, quòd D. Anton. Galles.ad formalem cameralē partic.2.q.1.num.4.cum seq.videtur tenere, quod etiam quoad effectum periurij hæres teneatur,ea potissimum ratione,quia hæres adeūdo videtur omnino quasi contrahere cum creditoribus defuncti, & submittere se omnibus vinculis, & obligationibus, quibus erat astrictus defunctus eius auctor. sequendo opinionem Ange.consi.326. colum.1.Castrens.consi.67.Soc.consi.38.in princip.lib.3.Bauer.de uiribus iuramen.vers.45.

Quare,an iuramentum transeat in hæredem in materia contractus, considerari possent aliqui casus.

Primus est casus, quando contractus est factus contra legem, vel statutum resisten. tunc obligat solum iurantem, nec afficit hæredem:vnde hæres potest opponere exceptionem simulationis, licet nō possit ille,qui iurauerit.Abb.in cap.1.num.11.& seq.vbi Felyn. num. 26.de iureiuran.Port.in §.fin.num.11.& 12.Instit. de hæred.qualit. & different.Guid.Pap.consi.180.num. 5.Anchar.quæst.20. par.1.Ludo. Bologn.consi.45.colum.2.Pedemon.42.num.7. pulchrè declarat Hiero.Gabr.consi.3.num.8.lib.1.Borgn. decis.9.sub num.19.par.1.decis. 30.num.20.eod.vol.Decia.consi.4.num.19.uol.1.Mar.Laudens.consi.18.num.12.uol.2.vlt.volunt.

Secundus casus est,quando contractus iuratus est factus secundum leges,vel statuta,& quoad vinculum,& obseruantiam iuramenti, transit in hæredem,ex iam dictis: & hoc,siue simus in iuramento confir-

matorio,

matorio contractus, siue in iuramento promissorio, ut latè adducit Serafin. de iuramen. priuileg. 68.

72 Tertius est † casus in effectu periurij, & tunc subdistinguendũ est, aut est radicatum, & principiatũ in persona patris, qui in eius vita con trauenit, & effectus periurij radicati in personam defuncti, bene transiit in hæredem, & hæres est obligatus exonerare conscientiam defuncti, & purgare illud periurium. Ripa consilio 11. libro 2. Laurent. de Pinn. consilio 96. num. 23. 24. Borgn. decis. 43. num. 37. in fine, parte prima, dicens pluries iudicasse, cum diligentia, & monitione, de qua ꝑ Rotam decis. 338. in antiquis, quæ bene considerat pœnas periurij trã sire in hæredes, facta prius citatione, uel monitione ad tollendum igno rantiam, & ut prouidere posſit: aut periurium non est principiatum, nec radicatum in vita defuncti, & tunc durum videt̃, ex iuramento defuncti, quem reddi periurũ, & licet adiuerit hæreditatẽ, & ex hoc supposuit se obligationi, & eius obseruãtiæ, nõ tñ effectui, & pœnis periurii, quod annuit duobus uerbis Cassad. decis. 2. de iureiur. in finalibus, dum inquit, iuramentum esse personale, quoad censuras, & pœnas animæ: secus quoad pœnas caducitatis, & resolutionis contractus, & sic Rota, Cassad. & alia superius citata semper saluant hæredes in mere personalibus, & animam respicientibus.

73 Ex quibus † videtur iudicio meo inferri intellectus ad §. hæres. Instit. de obligat. quæ ex quasi contract. & l. apud Iulian. §. fi. cum l. seq. ff. ex quibus caus. in posses. eat. quæ iura uolunt hæredem adeundo, quasi contrahendo, se obligare: quia hoc verum est, respectu vinculi ipsius iuramenti, & quoad obseruãtiam cõtractus, ac etiam quoad pœnas caducitatis, & similes: secus in affligentibus, & censurantibus animam. Accedat prædictis quod egregiè cõsiderauit. Aret. cõsi. 123. colum. 2. dicẽs hæredem repræsentare personam defuncti in iure actiuo, & passiuo: creato, & formato in persona defuncti, quod ad ipsum hęredem transfunditur. l. cum à matre. C. de rei vẽdicat. l. 1. & 2. C. vt act. ab hæred. & cõtra hæred. sed in iure nõ creato, nec actiue, nec passiue, tempore mortis defuncti, non potest defunctum repræsentare, quia penes illum nunquam fuit talis obligatio. Vnde imposſibile est repræsentare quod in eo non fuit, inferendo ad decisionem quæstionis ibi relatæ.

74 Hinc postea † in facti contingentia dixit Soc. in l. rem, quæ nobis, col. 7. de acq. poss. quod remedium Cano. reintegranda, competet hæredi, si defunctus fuit spoliatus, & sic ex iure creato, in personam defuncti, aliàs secus. Corn. cons. 329. col. 7. vol. 1.

Quem casum, licet quotidianum, omisit Menoch. plenè profitendo, in 15. remed. recuper. possess.

Addo itaq; glo. in c. cũ ad sedem, in uerbo interdictum, de restitut.

 spoliat.

ſpoliat.arg.l.1.§.hoc interdum.ff.de ui,& ui ar.in c.ſignificauerunt, in uerbo ratione,de teſtib.ubi Abb.in 3.notab. quos fuit ſecutus Tiraq. le mort ſaiſit,le uiū.par.6. declarat.4. num.8.Ruy.conſi.45. num.10. uerſ.& quia etiam remedium.uol.1.Soc.iun.conſi.34. nu.13. uerſ.uera eſt reſponſio.uol.3.Natt.conſi.440. in ſua diſtinctione, in fine conſilij.Cagn.in l.hæredem,nu.22.de reg.iur.Rolan.conſi.50. nu.16. uol.2. Ant.Gabr.de reſtit.ſpol.concl.5.num.20.Creſcent.deciſ.83. Pute. de reſtit.ſpol.deciſ.8.Pontan.de ſpol.lib.1.nu.130.

Vidi pro reo conuento fieri interrogatoria,ſi defunctus poſſedit uſque ad mortem;quo caſu ceſſaret intentatum remedium.

Reſpondetur igitur,quod pactum factum cum principali,extenditur,& uerificatur in hærede,iuribus pro contraria opinione adductis: hoc uerum in tranſitoriis ad hæredes:aliàs ſecus.

75 Hinc pactum, † quòd quis capi,& carcerari poſsit,ſi in termino cõuento non ſoluerit,hæredem non comprehendit. Bar.in l.ſi deceſſerit. num.1.vbi Iaſ.num.13.ff.qui ſatiſd.cog.dicens,quia eſt factum cohærens perſonæ,ſequitur Crott.in repetit. l.nemo poteſt.nu.9. de lega.1. Sebaſt.Medic.de Mort.conclu.20 ſub num.58. & concluſ.75. & par. 3.num.11. Aſini. in l. 1.nu.164. ff.de relig.& ſump.fun.

Quod facit contra concluſionem Anto. Galleſ. ſuperius allegatam. par.2.q.1.ſub num.4.

76 Pariter ſtipulatio † vſusfructus, vti perſonalis,ad hæredes non tranſit,niſi aliter actum ſit.l.ſtipulatio.§.ſi quis ita.ff.de verb.obl.

77 Et promittens † ſiſtere Titium, non tenetur ſiſtere hæredem Titij. d.l.ſi deceſſerit.l.cum ſcimus,in fine.C.de fideiuſſor.pulchrè in materia Firmian.in verbo,hæres,ſub num.4.verſ.hæres etiam, & in verbo, promiſsio,ſub num.50.verſ.promiſsio de ſtando;quibus in locis bene loquitur in propoſito.

78 Similiter facultas † implendi conditionem poteſtatiuam,non tranſit ad hæredes,quia perſonalis eſt,& perſonæ cohæret.l.fideiuſſor.§.fi. ff.de fideiuſſ.Bal.dicens id ſingulare in cap.ſignificauit, col.2. verſ.itẽ quia conditio, de reſcrip. in cap.ad noſtram, il ſecondo. col.2.verſicu. quæro teſtator,de iureiur. vbi reputat multũ notabile & ſingulare: la-
* tè Tiraq.de retract.conuentio. §.1. glo.6.num.15. eſt communis opinio,vt atteſtatur Petr.Stell.in l.qui Romæ.§.Augerius.num.32.de verbo.oblig.Sebaſt Medic.de Mort.concl.24.

79 Et propius † accedendo,declarandi facultas ſoluitur morte, nec ad hæredem tranſmittitur talis facultas. glo. in l. idem Pomponius ſcribit ſi frumentum.§.fin. ff. de rei vendicat. quam ſequuntur, & commendant ſcribentes in l.edita.C.de eden.vbi Iaſ.nu.26.Dec.num.50.Curt. nu.61.& 140.Alex.dicẽs hoc perpetuo notandũ in l. inter ſtipulantẽ. §.1.nu.8.ff.de verb.obl.Bal.in l.idem,nu.1.ff.de rei vend. Caſtr. in l.ſi quis

quis intentione ambigua.nu.4.ff.de iudic.Dec.in l.hærede. nu.7. ff.de reg.iur.Ias.in l.si quis a filio.§.si quis.nu.4.ff.de lega.1.Abb. in cap.cũ ad sedem,num.16.de restitu.spolia.Rubr.in cap.cum dilectus,de cau. possess.& proprietat. Est communis opinio. Ripa in l. naturaliter. §. nihil commune.num.139.& ibi Ferdinan. Berengar.nume.105. ff.de acquiren. possess. Plot. de in litem iuran.§.29. fallen.4. Sebast. Medic. Mors omnia soluit,conclu.61.& par.3.nume.9. vbi distinguit, aut cũ damno alterius,uel non.Primo casu non potest;secundo casu sic. Pulchrè Alciat.in l.1.§.ex his.ff.de verb.oblig.inferens ex hoc, quòd si dono absenti,qui moriatur ante acceptationem, hæres acceptare non poterit. Et hãc dicit opinionẽ cõem,& secundum eam pluries cõsuluisse.

80 Et in materia † iuramenti distinguitur, aut iuramentum defertur à lege, vel Iudice ministro legis,aut defertur de partium voluntate. Primo casu ad hæredes transit;secundo casu non transit.Castren.Bal. Ias. & alij in l.penult.§.quod autem.ff.ne quis eum.Doctor.in l.ait prætor. ff.de iureiuran.Afflict.decis.169.Bart.in l.gerit.colum.6. ff.de acquir. hæred.Grat.lib.1.respon.10.col.1.num.3. Tiraquel.de retract.titu.1. §.2.glo.2.num.7.Bal.in l.in bonæ fidei.num.10.C.de reb. credit. in l. generaliter.C.eod.Bauer.de vi iuramen.nu.64.

Et sic iuramentum litis decisorium, de quo in præsenti agitur, ad hæredes non transit.

81 Ad hæredem † tamen informatum transit iurandi facultas, & hoc, siue informatio sit uera, siue præsumptiua, prout quod coniunctus præsumatur scire facta coniuncti. Bald.in cap.1.colum.1. post principium,si de feud.fuer.controuers.inter domin.& vasall. Socin. consilio 41.colum.2.libro 2.Roman.consilio 290.colum.2.commendat Crot. in memorabil.in uerbo,iurandi facultas,in fine.Aret.consilio 65. Dec. consilio 536.colum. . .Serafin.de iuramen.priuileg.5.num.18. & 23. vbi filius habitando cum patre, præsumitur habere notitiam etiam testamenti nuncupatiui facti per patrem.pulchrè Gozad.consilio 98.colum.fin.versic.6.quotiens.Ruyn.consilio 47.numero 1.volum.2. Serafin.de iuramen.priuileg.5.num.23.& priuileg.33.num.217.limitat. 35.& priuileg.68.limitat.vltima.Plot.de in litem iuran. §.24.nume.4. Anto.Gabr.de iureiuran.concl.6.num.10.Menoch. de arbitr.cas.190. num.9.pulchrè Crauet.consi.287.colum.fi.Hercul.quis teneat. prob. negat.sub nu.201.

Ego autem non sic simpliciter pertransirem,sed crederẽ in hoc versari debere Iudicis arbitrium, iuxta qualitatem rei,quæ si est talis, vt verisimiliter possit esse nota consanguineo, & tunc crederem coniunctum admitti posse ad iurandum, vti informatum, iuxta communem traditionem, quòd coniunctus præsumitur scire facta coniuncti, in his, quæ communiter consanguineis nota esse solent,ex latè

dedu ctis

deductis per Ant. Gabr. de præsump.conclu.6.Duenn. reg.125. Alfa. repor.163.Meuoch.de præsump.lib.6.præsump.24.

Crederem etiam considerandum qualitatem personę: nam filius p habitationem cum patre, præsumitur scire id, quod, non habitando, non præsumeretur, vt superius diximus. Item si fuit diu absens, si minor, si sagax, & sic discurrendo, vel se obtulerit, vel mandatum dederit procuratori, & iuret, antequam moriatur, ad hæredes transmittit. Mising.centur.1.obser.13.

Limitatur octauo loco principaliter, vbi tale pactum fuisset in fraudem vsurarum, seu suspectum de vsuraria prauitate; quia tunc non valeret, nec posset iurari; puta, promitto tibi decem, quæ promisisti reddere in nundinis, &, si non reddideris, promittis quindecim pro interesse, ex nunc inter nos liquidato cum iuramento. Bal.in l.rogasti.§. si tibi, colum.2.vers.quid ergo.ff.si cert.petat. Dec.in l.1. in 2. lect. nume. 14.vbi Cagn.num.16.C.de sent.quæ pro eo.

Limitatur nono loco principaliter in eo, cui est data administratio, seu gubernium alicuius negocij, & promissum de administratis stare simplici assertioni administrantis, quia tali permisioni, etiam iuratæ, quis stare non tenetur, ne detur materia fraudibus. Alex. cons.18. vol. 2.pulchrè Ruyn.consilio 54.num.12.versic.3.principaliter, volum.1. vbi contra eum iuratur etiam in litem, dicta promisione non obstãte.

Limitatur decimo loco principaliter, in vltimis voluntatibus. Bar. consi.168.quidam habens communia, colum.fi.Alex.consi. 47. vol.1. Bonum est autem in practica, vt, quando promittitur de stando dicto alicuius super interesse, vel expensis, quod fiat declaratio præuia taxatione Iudicis: & hoc casu non potest peti reductio ad arbitrium boni viri, & ita practicatur. Aret. in §.actionum. num.21. de actio. Caball. de euictio.§.3.num.158.in fine.

QVAEST. SEXTA IX. QVAEST. Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Procurator, Aduocatus, vel sollicitator causæ, præsumuntur bene informati.*

2 *Amicus pręsumitur scire facta sui amici.*

3 *Vbi declaratur.*

4 *Iurandi facultas transit ad hęredem valde amicum.*

5 *Amicitię requisita.*

QVAERO,


VAERO, an iurandi facultas in materia iuramenti decisorij, de quo agimus, transeat ad hæredes: tetigi superius in præcedenti quæstione, prope finem; vbi videre placeat.

1 Et addendo † dicitur, quòd procurator, aduocatus, uel sollicitator causæ, præsumuntur ea causa informati, ut deducit Plot. de in litem iuran. §. 29. limi. 4.

2 Idem crederem † de amico, quia amicus præsumitur habere notitiam de secretis amici sui, magis quandoque, quam vicini, vel consanguinei. Bal. in magna amicitia loquendo, in l. 1. C. de caduc. tollen. Grammat. consi. ciuil. 91. num. 8. vnde amicus uenit appellatione suorum, ratione assiduæ conuersationis. Menoch. de præsump. lib. 4. præsump. 89. num. 67. vnde in prouerbio: amicorum omnia communia, vt apud Terent. in Adelphis, & Pithagoras: amicus, alter ipse.

Vnde Aristot. magna moralium, lib. 2. quotiens voluntas vehementer amicum dicere: vna, inquimus, anima mea.

Idem in eodem Libro.

Est enim, vt dicere solemus, amicus, alter ego.

Et magna amicitia æquiparatur cognationi, vt scribunt Bal. in l. vt vim, colum. 2. q. 5. de iust. & iu. Ias. in l. quæ dotis. num. 74. ff. solu. mat. Menoch. de præsump. lib. 5. præsump. 40. num. 23.

3 Et quoniam † hic casus, de valde amico, est valde frequens in omnibus actibus iudiciariis, & quammaximè in materia iuramenti, ratione scientiæ; dico tres esse species amicorum. Quædam enim est amicitia, maxima, & penitus inhærens animis inuicem se amantium, vt eadem anima duobus in corporibus esse videatur, prout apud Lucianum in Dialogo, qui toxaris, inscribitur.

Alia est non tam ardens, sed tamen non leuiter coniuncta, & honesta consuetudine introducta,

Tertia est species vulgaris, qua congerrones, & similes viles homines se inuicem amicos vocant.

Cum igitur dicitur, inter amicos omnia communia, amicus alter ego, amicitia æquiparatur cognationi, intelligitur in prima, & secunda specie amicitiæ, non in tertia: & Alciat. in l. latę. §. amicos. ff. de verb. significat. cuius verba, si considerentur, videntur innuere in prima specie tantum amicitiæ, quæ secundum ipsummet, rarissima est, & ad superos cõuolauit: ergo uerificari non poterit: vnde quandoq; vt adaptatio fieri possit, crederem uerba Alciati intelligenda in prima, & secunda specie amicitiæ, maximè, quia secunda species secundum eum, legalis est, & in ea verificantur priuilegia concessa à legibus ipsi amicitiæ.

4 Facultas igitur † iurandi, transit ad hæredem ualdè amicum, in prima, & secunda specie amicitiæ, qui uerè est alter ego, cum quo omnia

secreta

secreta cõmunicaui, & sic, vti optimè informatus, verè iurare poterit.

Secundo loco † dicitur, ad hoc, vt quis dicatur amicus, septem requiruntur virtualiter habita, ex l. latę. §. amicos. ff. de verb. sign.

Primum est, quod sit notus; nam nihil amatur, nisi præcognitum.

Secundum, quòd sit coniunctus non leui amicitia: hinc Terent. in Adelphis. Amicus nobis iam inde à puero. Qui enim in prima notitia amicum faciunt, statim relinquunt: teste enim Philosopho, quæ subitò veniunt, repentè discedunt.

Tertium, quòd sit familiaris, idest, quasi diuturna nobis consuetudine astrictus, & in eadem penè familia coniunctus: nam si amicus amico dominari uelit, non erit amicus.

Quartum, quòd illa familiaritas honestis sit quæsita rationibus; idest honestis mediis: vnde inter latrones, & improbos non est vera amicitia. Bene verum, quòd multæ amicitiæ principium habent ab amore illicito, & tractu temporis amor fit licitus.

Quintum, quòd illa iura sint quæsita cum patrefamilias, idest, cum viro honestæ conuersationis, & famæ. l. pronunciatũ. §. matremfamilias. ff. de verb. signific. nam sine virtute amicitia consistere non potest, teste Tullio de amicitia.

Sextum, quòd amicitia sit quæsita rationibus, idest, non cauillationibus, non lenociniis, neque adulationibus, vt apud carnales sæpius occurrit.

Quibus sic concurrentibus, nulli dubium, quod amicus hæres iurare poterit, quia fidelis, iustus; & bene informatus ex continua conuersatione.

QVAESTIO DECIMA Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Actor, an possit pœnitere post delationem iuramenti factam reo, & per ipsum reum acceptatam.*

1 ACTOR detulit † reo iuramentum litis decisorium, qui delationem acceptauit, & antequam iuretur, actorẽ pœnitet, nec vult amplius per reum iurari; an audiatur.

Et videbatur dicendum, non posse, ex l. si non fuerit. ubi Bar. no. ff. de iureiur. sibi enim imputat, quia processit ad delationem iurisiurandi.

Secundo

Secundo facit, quia paria sunt, incontinenti iurare, vel iuramentum acceptare. Bart. in l. non erit. §. fin. num. 2. ubi Ias. in princ. ff. de iureiur. sed præstito iuramento, non potest pœnitere. l. si quis iusiurandum. C. de reb. cred. ergo, nec etiam iuramento acceptato.

Contrarium est verius, vt re integra, antequam iuretur, ex causa liceat reuocare iuramenti delationem, iuxta ea, quæ superius posuimus in materia promissionis de stando dicto alterius Quæst. . . . . . principalis, limitat. 5. & hanc opinionem late tenet Pedemont. 8. per totam, vbi inter alias causas, si testes, vel probationes superueniant.

Aut igitur iuramentum est delatum, & per partem acceptatum, tunc aut res est integra, & superuenit noua causa; puta, probationes, & tunc: aut sumus ante litem contestatam, & potest omittere, & probationes facere: sed redeundo semel ad probationes, non potest postea variare, & iterum ad iuramentum cõuolare: aut sumus postquam est pronunciatum super iuramento præstando; & tunc, si sententia transiuit in iudicatum, quia non fuit appellatum, vel in causa appellationis fuit prima sententia confirmata, tunc reuocare non poterit. l. si quis iusiurãdum. C. de reb. credit. & iureiur. vbi textus principalis ad hoc. Bar. in l. non erit. §. fi. ff. de iureiur. quod dictum pro singulari commẽdat Ias. in §. actiones. num. 31. de action.

Et vide quæ posui supra q. 5. princip. vbi posui quo tempore sit iurandum, vel iurari possit.

QVAESTIO PRIMA X. QVAEST. *Principalis.*

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata hoc modo: condemno te, si talis actor iurauerit.*
2 *Iudex lata sententia, efficitur priuatus.*

1 SED nunquid ferri † poterit sententia hoc modo: condemno te, si actor iurauerit? Vtique sic, & iurari poterit, uel in ipsa sententia, uel incontinenti post; etiam appellatione pendente, quia refertur ad tempus delationis. Ita Cyn. Alb. & Angel. in d. l. si quis iusiurandum. Bald. in l. generaliter. numero tertio.
2 C. eodem. vbi non figit pedes: & illa ratione, quia Iudex, † lata sententia, est effectus priuatus, & sic est effectus incompetens in protestatione iuramenti, ad quod patet responsio ex adductis supra quæst. 5. principali.

QVAEST. SECVNDA X. QVAEST. Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum litis decisorium non retractatur per instrumenta de nouo reperta.*
2 *Iuramentum necessarium retractatur per instrumenta de nouo reperta.*
3 *Sententia lata de partium consensu non retractatur per instrumenta de nouo reperta.*
4 *Iuramentum in litem, de partium consensu, habet vim decisorij.*
5 *Actum facienti ex l. necessitate subuenitur, & ibi declaratur l. si delictum. §. si compromisero. ff. de euictio.*
6 *Necessitas est duplex, iuxta terminos Theologorum.*

1 QVAERO, an † iuramentum istud iam præstitum, retractetur per instrumenta de nouo reperta? & vtique non: est textus in l. admonendi. in fine. de iureiuran. ibi, Quod si aliàs inter ipsos iureiurando transactum sit negocium, non conceditur eandem causam retractare: & ista est ad illum textum communis intellectus, vt ibi in repetitione testatur Ias. num. 37. & magis communem dicit Sfort. de restitut. q. 74. art. 2. nu. 3.

2 Et ratio † videtur in promptu, quia sit iuramentum necessarium, retractatur per instrumenta de nouo reperta, idest, quia fuit delatum à Iudice, parte inuita; vnde succurritur: secus est in iuramento litis decisorio, quia concurrit voluntas partium, meritò non est vlterius quærendum.

3 Ex quibus † postea infertur limitatio ad regulam, quòd sententia retractatur per instrumenta de nouo reperta, vt non procedat, quando sit lata de partium consensu, quia tunc nec etiam iuramentum necessarium retractatur. Ias. in d. l. admonendi, in repetit. num 43. quem ibi valdè commendat Caccialup. num. 13. dicens hoc esse valde in practica notandum.

Ad quod facit vltra alios id, quod no. Bar. in l. videamus §. deferre. 4 ff. de in litem iuran. quod iuramentum in litem † de partium consensu habet vim iuramenti litis decisorij.

5 Ex quibus † postea infertur ad regulam, quod facienti actum ex necessitate magis subuenitur. l. si dictum. §. si compromisero. ff. de euict. quia respondetur, vt procedat in eo, qui omnino cogebatur consentire, nec modo aliquo recusare poterat: secus in eo, qui non poterat cogi ad

gi ad consentiendum: sed eo contradicente actus sibi præiudicialis fieri poterat. Potest enim Iudex, inui a parte, deferre iuramentum suppletorium; non tamen præcisè cogitur ad consentiendum.

6 Iuxta igitur † terminos Theologorum, duplex est necessitas: præcisa, & causatiua: necessitate præcisa succurritur, prout si quis cogatur compromittere: in necessitate causatiua non succurritur ex prædictis.

QVAESTIO TERTIA X. QVAEST. Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum delatum, non a parte parti, sed a Iudice parti, retractatur per instrumenta de nouo reperta.*

1 DEFERTVR iuramentum litis † decisiuum, non a parte parti, sed a Iudice parti. An retractetur per instrumenta de nouo reperta? Vtique sic, respondit Ioan. Andr. & ibi Gemin. in cap. eos, in glo. affectata, de temp. ordin. in sexto. Vbi Franc. summopere exclamat ad ampliationem l. admonendi, vt procedat in iuramēto litis decisorio, dum defertur a Iudice, quia imitatur suppletorij naturam, & effectum, licet Ias. in repetit. l. admonendi. num. 43. aliter subtilizando sentire videatur.

QVAESTIO QVARTA, X. QVAEST. Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum relatum, an, & quando retractetur per instrumenta de nouo reperta.*

2 *Recusans iuramentum sine causa, habetur pro conuicto.*

3 *Intellectus ad l. generaliter. §. sed & si, uersic. sin autem is. C. de iuramento calumniæ.*



QVAERO, an iuramentum relatum retractetur per instrumenta de nouo reperta, & sit locus dispositioni. l. admonendi. in prima parte. exemplum: Iudex detulit iuramētum reo, ipse noluit iurare, & retulit actori, qui iurauit.
1 Et videbatur, † quòd sic; quasi tunc ex necessitate iuretur. l. iusiurandum, & ad pecunias. § ait prætor ff. de iureiur.

Et in hanc partem inclinauit Rom.in d.l.admonendi.nu.36.Alexā. num.25.ſic eum referens Cato Sacch.nu.26.quia,inquit,neceſsitas iu randi conſideratur hoc caſu,licet adſit conſenſus.

** Contraria opinio eſt verior, & magis cõiter recepta, quam tenent Gugliel. de Cun.Bal.& Ang.in d.l.admonendi.vbi Alex.nu.26. Io. de Prat.nu.18.Iaſ.nu.43.Ripa nu.39.Coraſ.nu.37.

Pro qua faciunt notata in l.generaliter.§.ſin autem.in glo. in verbo, volente.C.de reb.cred.& iureiur.

Poſſent hæ duæ opiniones conciliari, conſtituendo duos caſus principales.

Primus eſt, quando ille, cui delatum eſt à Iudice iuramentum,non aſtringitur à Iudice, vt iuret, vel actorem iurare permittat, ſed ille, cui delatum eſt, ſponte ſua refert, & tunc vera ſit communis concluſio contra Roman.

Secundus caſus eſt,quando ille,cui delatum eſt iuramentum, aſtringitur a Iudice,vt,uel iuret,vel referat, & tunc procedit opinio Roma. quia caſu iſto,dicitur coactus.

Nec obſtat, quòd non cogatur præcisè, quia neque etiam actor dicitur præcisè conſentire, quando reo iuramentum neceſſarium defertur,& tamen dicitur coactus recipere, & retractare poteſt ſententiam per inſtrumenta de nouo reperta.

Et ita crederem opiniones conciliari poſſe,licet Caccialup.in repetitio.l.admonendi, teneat indiſtinctè in vtroque caſu veriorem communem opinionem,contra Roma.

Qua retenta. Limita, ut non procedat,ſi inſtrumenta de nouo reperta non fuerint producta ex iuſto impedimeto: nam hoc caſu datur retractatio ſententiæ, ſicut tranſactionis. Iaſ.egregiè,in d.l.admonẽdi. nu.10.verſ.ego teneo,& nu.49.verſ.ex hac difficultate.

Intellige etiam prędicta de iuramento voluntario, vt procedat, etiā ſi Iudex nollet vti iſtis probationibus priuilegiatis, ſed ad voluntatem partium condeſcendens,iuramentum deciſiuum deferret:nam diceretur iuramentum voluntarium,nec eſſet locus diſpoſitioni.l.admonendi,ut per Ripa,ibi,nu.13.in fine poſt alios.

2 Et ad propoſitum iuramenti litis deciſorij,de qua agimus, notandũ eſt,ex d.l.generaliter.§. ſed etſi iuramento. verſ. ſinautem is. Quod
3 qui recuſat iuramentum † abſque legitima cauſa, Iudex poterit habere eum pro conuicto, quaſi ipſe alteri parti retulerit iuramentum, & ei remiſerit,vt ibi colligit Bar.notab.3.

Et ibidem: Relationis ſubire ſacramentum, colligitur ſecundũ Angel.ibidem differentia inter eum, cui refertur, vel defertur iuramẽtum litis deciſorium: nam ille, cui defertur, non cogitur, ſi iuſta cauſa moueat eum,ut dictum eſt:ſed ille,cui refertur,cogitur iurare:item il-

le,cui

se, cui defertur, poteſt appellare; ſecus ille, cui refertur. Et hanc opinionem dicit ibi Cyn. veriorem.

Et ſic durior eſt cōditio illius, cui refertur, quàm illius, cui defertur. Iaſ. in l. iuſiurandum, & ad pecunias. §. prætor ait. nu. 3. de iureiur.

QVAESTIO QVINTA X. QVAEST. Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum litis deciſorium retractatur per confeſſionem partis iurantis, vbi declaratur.*

1 
QVAERO, an † cauſa iuramento deciſa retractetur per confeſsionem partis quæ iam iurauit. Vtique ſic. glo. notabilis & commendata in l. qui iuraſſe. §. 1. vbi Bart. num. 2. Caſtr. num. 7. Alex. num. 2. Iaſ. nu. 8. ff. de iureiuran. commendat pro ſingulari Boer. deciſ. 306. ad limitationem. l. non erit. §. dato. de iureiur. de qua ſuperius uidimus.

Conſiderandi igitur ſunt duo caſus: aut loquimur, an confeſsio, ſi fiat, præiudicet; aut ſi cogatur reſpondere. Primo caſu, certè præiudicat: ſecundo caſu poteſt recuſare, quia detegeret periurium, & turpitudinem ſuam, & ita colligitur ex ſupra citatis locis.

Et ſi ille, qui iurauit, vult, omiſſo iuramento, venire ad alias ſpecies probationis, poſſet; cum quilibet poſsit fauori ſuo renunciare, vt declarat Iaſ. in l. ſi duo. §. idem Iulianus. nu. 11. ff. de iureiur.

Sed quis erit tam imprudens, ut velit, ſi euenire poſſet, poſt cauſam, ad ſui fauorem iureiurando iam deciſam, confiteri, & iterum liti exordium dare?


Quare, conſiderabam, prout in actu practico quandoque occurrit, quod aduerſarius rei, qui iurauit, velit per teſtes probare aliquam confeſsionē, quā reus in aliquo loco fecerit poſt cām iureiurādo deciſam.

QVAESTIO SEXTA X. QVAEST. Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum retractatur per teſtamentum de nouo repertum.*


QVAE-

1 VAERO, an † causa decisa iuramento, retractetur per testamentum de nouo repertum. Posui superius q. 2. . . . . Quæstionis principalis, versic.declaratur, ad intellectum.l.fin.C.de reb.credit.vbi locus suus; & tangit Ias. in l.Imperatores.num.3.ff.de re iudic.

QVAEST. SEPTIMA X. QVAEST. Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum retractatur per euidentiam facti.*

1 N CAVSA iuramento † decisa retractetur per euidentiam facti, vtique sic. Azo in Sum. C.ad l. Aquil. Bald.in rubr. C.de probat.in l.penul.C.de peric.tut. in l.1.C. si aduers.liber.Commendat pro notabili Alexan. in l.eum, qui.§.in popularibus.num.8.de iureiur.

QVAESTIO VNDECIMA Principalis.

SVVMMARIVM.

1 *Iuramento delato variare licet ob personarum, uel rerum qualitatem, Iudicis tamen arbitrio.*

2 *Iudæus deferens iuramentum Christiano, deferre debet, per Deum, vel legem Moysis: sed Christianus, in deferendo, per sancta Dei Euangelia.*

3 *Vbi declaratur.*

4 *Iuramentum litis decisorium habet locum, inter Hebræum, & Christianum.*

5 *Iudæus iurans more Christianorum, an poterit cogi ad obseruantiam iuramenti, & quomodo.*

6 *Iuramentum deferenti, ignaro facti, non potest referri sub eadem verborũ conceptione, sed recurritur ad Iudicis arbitrium.*

7 *Si moueo contra te actionem de dolo, & tibi iusiurandum defero, vt iures, te per dolum non fecisse, non licebit sub eadem conceptione referre.*

QVAERO

QVAERO ad materiam.l.iusiurandum,& ad pecunias.§.ait prætor.versic.non semper autem consonans. ff. de iureiur.
1 An, delato † iuramento,liceat in referendo,uariare:& vtique sic,ob personarum,vel rerum qualitatem; Iudicis arbitrio,vt inquit Iurisconsultus in eo contextu;quare libet in proposito,ex mente omnium colligere multos casus.

2 Prima sit conclusio; † Iudæus deferens iuramentum Christiano,debet deferre per Deum,vel legem Moysis: sed Christianus in deferendo,per sancta Dei Euangelia.Ita Bar.in d §.ait prætor.num.14.

3 Ego clarius exprimo ad propositum referendi iuramentum † secũdum Iudæorum legem; Christianus in referendo debet vti alia cõceptione;puta,per sancta Dei Euangelia.In summa, vt vnusquisque deferat,& referat non eodem modo, & forma, sed secundum legem suã Christianus dicat Iudęo,iura per legem Moysis &c.sed Iudæus referendo,non per legem Moysis Christiano,sed per sancta Euangelia.

Notandum tamen est ad intellectum huius primæ conclusionis, quòd,si causa agatur inter Hebræum iurantem, & Christianum, cui per iuramentum Hebræi sit quæsitum,tunc, aut loquimur quoad pœnas fori pœnitentialis,& spiritualis, & tunc non punitur, quia earum non est capax:quo uero ad obseruantiam iuramenti, & pœnas in foro contentioso,tunc puniri poterit.Bal.ita intelligendus,in cap.1. §. item sacramento.num. 12.in fine,de pace iuram.firman.Imo.consi.1.num. 8.motus,quia iuramentum est de iure Diuino, quo ligatur etiam Iudæus,cap.& si Christus,de iureiur.Innoc.in cap.super his,de voto. Sicut.consilio 15.colum.3.num.20.volum.1.Dec.in l.pactum quod dotali.num.12.C.de collat.

Contrarium sentit Rom.consi.155.& Soc.consi.55.vol.1.

Qui ambo loquuntur in causis inter duos Hebræos,non inter Christianum,& Hebræum,prout nos præsupponimus, & ita etiam videtur intelligendus Corn. consi.45.volum.3.Isern.in constit.Regni, si quis posterum,colum.penul.in constitut. eos, qui scienter, in princip. vbi Afflict.quæst.9.

4 Iuramẽtum igitur † litis decisiuum habet locum inter Hebræum,& Christianum;etsi Christianus illud deferat per legem Mosaicam,si Iudæus Christiano, per legem Euangelicam. Idem obseruandum in deferendo,& referendo respectiuè,modo,quo dictum est: & poterit cogi Iudæus ad iurandum,& ad obseruantiam iuramenti.

5 Quid,si Iudæus,uel cum altero Iudæo, uel cum Christiano iuraret more Christianorum,ad sancta Dei Euangelia, poteritne cogi ad obseruantiam iuramenti.Bal.in l.non erit.§.Diuus.ff.de iureiur. dicit, ꝙ non dicitur iuratum,si Iudæus, uel Maumetthus iurat per Christum, nec etiam,si Christianus per Maumetthum.

Respondetur,

Respondetur, quòd quoad animam, non ligatur Christianus iurando per Maumetthum, cum non credat in eum, sed quoad forum iudiciale potest cogi ad obseruantiam, ne decipiat eum, cui iurauit: pariter Iudæus iurans per Christum, uel legem Euangelicam, cogi poterit ad iuramenti obseruantiam, ne decipiat eum, cui iurauit. Alexan. in d. §. iurari. num. 7. Tiber. Decia. in tract. crim. tomo 2. cap. 10. col. 5.

6 Secunda sit conclusio, † respectu qualitatis personarum: si ego ignarus facti defero tibi iuramentum, negocium ita fuisse pertractatum, non potes tu mihi sub eadem verborum conceptione hoc iusiurandum referre, sed Iudicis arbitrium erit, vel aliter iurisiurandi verba cōcipere, puta, iura te saltem credere, negocium ita fuisse pertractatum; vel erit arbitrium Iudicis cogere eum, cui delatum est, ad iurandum. Ex quo enim deferens ignorat factum, referri ei iuramentum non potest. Ita late Crauet. consi. 203.

Quamuis Purpur. ad l. manifestę turpitudinis. num. 24. aliter senserit, prout ex Natt. consi. 35. lib. 1.

Verior tamen videtur Crauet. opinio, quæ bene probari videtur, ex l. Marcellus. §. vlt. ff. rerum amot. iuxta intellectum Petr. Perticensis relatum à Bar. quem sensum habuit Salyc. in d. §. ait prætor, & comprobat. Menoch. de arbitr. iud. casu 189.

Versatur igitur admodum Iudicis arbitrium in mutandis verbis in deferendo iuramentum iuxta qualitatem facti, & notitiæ ipsius, & quē non potest interrogare de vera, & certa scientia, modificat ad credulitatem, & opinionem, & idem videtur effectus.

Tertia sit conclusio, respectu diuersitatis rerum, ex Accurs. in d. §. ait prætor, in verbo rerum.

7 Si moueo † contra te actionem de dolo, & tibi iusiurandum defero, vt iures te per dolum non fecisse, non licebit tibi referre sub hac conceptione verborum, Iura tu, me non fecisse, in re, quæ vltra duos aureos sit: nam cum actio de dolo vltra hanc summam non detur. l. si oleum. ff. de dol. non poterit ita iusiurandūm referre, cum eo modo per indirectum iudicium euiteretur. Et sequuntur ibi Bar. & cæteri.

Vel, si ago tecū ex donatione vltra quingentos aureos, & obtuli iusiurandum, me tibi non donasse, non poteris referre sub alia conceptione, te mihi non donasse vltra quingentos aureos.

Quæ duo glo. exempla non respiciunt rerum diuersitatem, prout textus requirit, sed nouam conceptionem verborum in referendo.

Posset fortasse dici circa rerum diuersitatem; si defero tibi iuramentum, quòd tibi mutuaui centum coronatos, & tu mihi referas iuramentum; iura tu, mihi mutuo dedisse tot testones argenteos: nam hic rei diuersitas facit, ne illud iuramentum videatur, quod à me tibi delatum est.

Iudicis

Iudicis ergo erit arbitrium, re cognita, arbitrari, an sub eadem conceptione sit iurandum, vel ne: fieri enim posset, quòd iurandum arbitraretur, quia, etsi rei videatur diuersitas, ad vnum tamen fortasse tendet.

QVAEST. PRIMA XI. QVAEST. Principalis.

SVMMARIUM.

1 *Confessio, an possit in parte diuidi, & in parte acceptari, quando est per iuramentum oblata.*
2 *Confessio facta cum aliqua qualitate, contra quam sit presumptio iuris, poterit in parte acceptari, & in parte reprobari.*
3 *Confitens interfecisse hominem ad sui defensionem, tenetur probare defensionem.*
4 *Fur, confitendo se fecisse furtum, sed de Domini voluntate, probare debet voluntatem.*
5 *Furi asserenti Dominum permißurum, non creditur, etiam cum iuramento.*
6 *Ignorantia probatur iuramento, in viro probo, & legali.*
7 *Coniecturæ, quibus probatur Dominum permissurum.*
8 *Confessio interpretatur contra confitentem in prohibitis: tamen ex hac confessione non punietur pœna ordinaria, sed extraordinaria, citra mortem.*
9 *Immo, nec pena corporis afflictiua.*
10 *Immo nec ad torturam datur.*
11 *Confessio facta cum qualitate prohibita, nedum procedit in homicidio, sed in quolibet delicto: & ibi ponuntur exempla, & declarationes.*
12 *Cautelæ, quibus vti debet ille, qui fatetur aliquod præiudiciale cum aliqua qualitate excusante confeßatum, vel diminuente confessionem.*
13 *Conductor, si ante tempus soluendæ pensionis, mutuauerit locatori certas pecunias; si locator iuret habuisse ex causa locationis, & non mutui, talis cõfeßio potest diuidi, & in parte acceptari.*
14 *Actor si proponat aliquid dedisse ob causam, & reus iuret simpliciter, probare debet quod simpliciter receperit.*
15 *Confitens accepisse in depositum aliquid, cum qualitate, quòd recepit, non vti rem deponentis, probare tenetur.*
16 *Confessio non potest pro parte acceptari, quando contra confitentem non est iuris presumptio; & ibi declaratur.*
17 *Responsiones faciende per eum, qui interrogatur de aliquo præiudiciali, ne confessio diuidatur, & preiudicet.*

1 QVAERO vtiliter; † socius mutuauit socio decē secreto quæ secreto restituit; petit ab eo decē mutuata, & offert stare eius iuramento, & ille respōdit, habui, sed restitui: an cōfessio ista possit diuidi, & in parte acceptari, & in parte improbari? Istam quæstionem in materia iuramenti litis decisorij mouet Ias. in l. manifestæ. num. 8. dicens hoc esse pulchrum dubium, & vt plena habeatur notitia, an confessio possit in parte acceptari, & in parte improbari, ponam aliquas vtiles conclusiones, quæ deseruient etiam in practicabili materia positionum, in responsionibus, ad eas: prima igitur conclusio est.

2 Confessio facta † cum aliqua qualitate, contra quam qualitatem fit præsumptio iuris, tunc potest in parte acceptari, & qualitatem tenetur
3 probare confitens; puta, † occidi hominem, sed ad mei defensionem, potest acceptari confessio, & qualitas debet probari, quia quod homicida faciat ad sui defensionem, non præsumitur; vnde probare debet. l. 1. C. de sicar. l. si non conuicij. C. de iniur. hoc est primum membrū distinctionis Bar. in l. Aurelius. §. idem quæsiuit. num. 2. ff. de liberat. le-
* * gat. & hæc est verior, & magis communis opinio. Alcia. in l. 1. § si quis simpliciter. num. 22. ff. de verb. obligat. Socin. in l. 1. colum. 7. de vulg. & pup. Ias. idem attestans in l. vt uim, num. 13. vbi Dec. colum. 6. de iusti. & iu. Boer. decis. 164. num. 10. Carrer. in practic. fol. 413. num. 163. Ant. Gabr. de malef. concl. 19. attestans magis communem, & in practica seruatam.

Addo bene loquentes, & de communi pariter attestantes Iul. Clar. §. fin. q. 55. versic. posset etiam. Emanu. in suo Thesau. littera C. nume. 258. Menoch. de arbitr. cas. 93. num. 37. Bonacoss. in conclus. criminal. in verbo, confessus. Villalob. in recollecta. littera C. num. 146. Grat. colum. 127. volum. 2. Menoch. lib. 5. præsump. 3. num. 48. vbi debet esse vehemens coniectura excusatoria.

4 Hinc etiam † in furto, si fateatur furtum, sed dicat se fecisse, quia credebat Dominum permissurum, quoad furtum, potest acceptari, & voluntatem Domini probare debet. Bar. in l. inter omnes §. recte. num. 2. versic. quæro circa voluntatem. ff. de furt. ratio est, quia habet præsumptionem iuris contra se, quia nemo præsumitur velle iactare suū. Idem tenet Alex. consi. 127. colum. 1. in fine, volum. 1. Vbi limitat, dūmodo non concurrat aliqua coniectura pro assertione furis.

5 Subampliatur hæc † ampliatio, vt non credatur assertioni furis, qđ credebat Dominum permissurum, etiam cum iuramēto, quia licet ea, quæ consistunt in animo probentur iuramento, ex glo. in §. aliæ. Insti. de actio. in cap. significasti, el primo, de homicid quod latę probarunt Soc. regu. 72. Ias. in §. sed istę num. 9. de actio. in repetit. l. admonendi, num. 256. de iureiur. consi. 84. num. 7. lib. 1. Ruyn. consi. 1. numero 4. consi. 3.

consi.3.num.4.lib.1.plura recenset Tiraqu.de retract. consangui.§.4. glo.1.num.5.Crauet.consi.2.num.3.& hæc dicitur legitima probatio, postquam à iure recipitur.Dec.in cap.cognoscentes,nu.18.de consti.

Tamen fallit hoc, quando contra iurare volentem adest in contrarium aliqua iuris præsumptio,quia tunc plene probare debet, vel saltē dare aliqua indicia verisimilia, ex quibus adiuuetur ista furis credulitas.Ita Bart.in d.§.rectè.colum.1.in fin. quem sequitur, & commēdat Ias.in §.sed istæ.num.92.de actio.Felyn.in cap.nouit,de iudic.num.5. in cap.1.num.17.& 18.de constitut.vbi Dec.num.18. versic. similiter arbitrabitur.Gemin.in cap.eos,qui, de tempo.appellatio. & respondit Alexan.consi.71.volum.1.Anchar.Regiens.quæst.63. num.3. Menoc. de arb.iud.cas.186.num.7.

Addo bene in materia loquentes,Felyn.in capit. quosdam, de præsump.Marsil.in l.qui ignorans,num.18.23.& 24.in l.qui falsum,num. 88.ff.de fals.in pract.criminal.§.aggredior. nume.23. Anchar.consilio 270.colum.fin.Roman.consi.481.colum.fin.Alexan.consi.94. nume. 3.volum.5.Crauet.consi.271.colum.fin.Pedemont.71.num.3. Serafi. de iuram.priuileg.4.num.30.Mascard.concl.881.num.26.qui neminē ex prædictis allegat,prout videri potest.

6 Quod declaratur, † vt non habeat locum in viro probo, & legali, cuius iuramento ignorantia probatur, præcipuè concurrentibus aliis coniecturis.Ias.in d.§.sed istæ.num.96.allegat Bal.in l.falsus. colum.3. in 3.opposit.C.de furtis,& glo.quam dicit bene signandam, in cap. significasti,in uerbo, si ita est, de homicid.Pedemon. d.decis. 71. num. 26.melius decisio.101.num.24. vbi fortius tenet etiam contra præsumptionem iuris,& de iure,in probo viro,& legali.

Vnde applicando ad casum istum,si commodatarius sit persona legalis,stabitur eius assertioni iuratæ ad exclusionem furti.

Practicando tamen, quanta debeat esse probitas,& integritas, dum agitur de viro probo,& legali, vel quæ, quales, & quantæ debeant esse coniecturæ,Iudicis arbitrio remittitur, attenta qualitate personæ, facti, & loci, ut post multos relatos concludit Lambertengh. de con-
* tract.mulierum. glo.1.numero 190. attestans in fine hanc esse communem opinionem.

Et considera Alciat.reg.3.præsump.30.qui in viro probo, & legali requirit tantam integritatem,ut offuscet,& superet iuris præsumptionem,quam habet contra se; idem sentit Claud. Aquens. in l.1. §. per procuratorem,colum.1.uers.item inquantum. Alex.ff.de acqu.poss.

Ego crederem, aut agitur de lucrando fructus, uel quid simile, & tunc maior integritas requiritur,aut agitur de excusando aliquem, & tunc minor integritas sufficit,& minores coniecturæ requirūtur:& ita cōciliare poteris cōsiderāda facta relata ꝑ Doct. & diuersitatē ipsorū.

Quare in hac furti materia crederem bonum esse considerare duos casus priucipales: primus est, quando furtum habuit principium illicitum, & sumus in furto vero contrectando rem alienam inuito domino. Et in hoc nescio videre quæ coniectura cadere possit Dominum permissurum :'ná sit consanguineus, sit valde amicus, vel aliàs, prout Doctores considerant, quomodo cadit aliqua bona præsumptio, si clam & Domino inuito hoc feci, & multi, licet res sit modici valoris, non attendunt rem, sed modum in habendo rem: si enim, dicunt, à me libere petiisses, donassem vtique; modo, quod clam subripuisti, hoc non intendo. Secundus casus est, quando furtum habuit principium licitum; puta, ex commodato, & tunc possunt conuenire coniecturæ Doctorum, quòd credebat Dominum permissurum, quia erat ei consanguineus, valde amicus, res erat modici valoris; de quibus per Iul. Clar. in §. furtum, versic. item excusatur. Iacob. Menoch. de arbitr. iud. cas. 298. numero tertio. Bene igitur remittitur Iudicis arbitrio: nam si amicus verus commodat alteri amico equum pro vno die, de facili persuaderi posset vt esset permissurus pro duobus diebus, si ex causa non potuit negocium perficere in primo die. Multi etiam accedunt, confisi in consanguinitate, vel magna amicitia; accipiunt sine aliqua intimatione de domo amici aliquid; vtique de facili poterit dicere, credebam dominum permissurum, quia inter nos magna amicitia, & amicorum omnia communia &c. attenta maximè qualitate personæ accipientis, qui sit vir probus, nec solitus furta committere, sed realis, & cum amico liberalis.

Ampliatur principalis conclusio, vt, si simus in confessione, quæ possit importare bonum, & malum, si simus in prohibitis, interpretatur contra confitentem, nisi confitens probet excusationes. Abb. in cap. dilecti, not. 5. de accus. quem commendat Soc. in l. cum quæritur. in fine. ff. de reb. dub.

8 Declaratur modo † illa cõclusio superius firmata, quòd confessio alterius, quod occiderit hominem, sed ad sui necessariam defensionem, vt non possit puniri ex hac confessione ista sic confessus pœna ordinaria mortis, sed alia mitiori pœna. Abb. in cap. auditis, numero trigesimosecundo, de præscript. cuius doctrinam in præsenti materia dixit admirabilem, & summè notandam, Iacob. Menoch. de arbit. iudic. cas. 279. numero sexto, & signanter annotandam dixit Alexan. in l. non solum. §. sciendum, sub numero quinto. vbi Claud. Aquens. ff. de noui oper. nunciatio. Felyn. in cap. significasti, el secondo, columna penult. de homicid. in cap. afferte, numero quinto, de præsumptio. in cap. cum venerabilis, columna quarta, de exceptio. Marsil. singul. 185. numero secundo, dicens esse dictum singulare, & apud practicos Aduocatos esse in solemni cultu; idem in pract. criminal. §. postquam, co-

lumna quinta. Silua nuptial. libro primo, numero trigesimoquarto. Grammat. vot. 2. Crauet. consilio secundo, numero vigesimo. vbi loquitur in eo, qui confessus est homicidium, sed dixit fecisse casualiter, & non per dolum. Grat. consi. 61. columna secunda, volum. 2. Guid. Pap. quæstio. 503. Alciat. in l. prima. §. si quis simpliciter. Dec. videndus in cap. cum venerabilis, de exceptio. colum. 11. vbi hanc opinionem defendit à multis obiectionibus. Soc. Gram. decis. 5. numero 13. decis.
* Neapol. 155. numero 11. Iaffred. decis. 360. & hæc est communis opinio. Carrer. in pract. fol. 413. numero 167. & ita in practica seruatur. Grammat. consi. 69. in fine. Anton. Gabr. de Malefic. conclu. 19. numero septimo, in fine.

Addo de communi pariter attestantem Boss. titu. de confess. numero vigesimo. Rouescal. ad Alexan. consilio 87. volumine primo. Petr. Rauenn. singul. 93. confessio fortu. Garg. patro. 6. numero septimo. Niconi. alleg. 1. numero 19. versic. non obstat. Franc. Marc. decis. 520. numero quarto. Rot. Genu. 141. numero secundo. decis. 114. nume. 3. decis. 95. numero tertio. decis. 122. numero quinto. decis. 60. numero quarto. Natt. consilio 134. numero secundo. volum. 1. Bursat. consilio 53. sub num. 17. & 18. Lauren. de Pinu. consi. 158. num. 10. Rimi. iun. consi. 127. num. 2. consi. 48. num. 47. vol. 1. Boer. consi. 7. nu. 19.

9 Subampliatur, † ut ista pœna extraordinaria, & citra mortem, non sit corporis afflictiua. Marsil. in l. 1. §. Diuus, col. pen. de sicar. Gramm.
* consi. crim. 36. & 39. & vot. 23. in fine, & hanc dicit communem opinionem. Eman. in suo Thesau. recep. sent. litera C. num. 298.

Vnde erit securus iste sic confitens, & a morte, & a pœnis corporis afflictiuis:

10 Immo nec datur ad torturã; ut clarè affirmat Ferrat. cautel. 5. Contrarium tenet Alciat. in l. prima. §. si quis simpliciter. numero 78. ff. de uerborum obligat. vbi si perseuerat, est omnino absoluendus, dicens in practica notandum.

Subampliatur secundo, vt quod dictum est in materia confessionis homicidij cum qualitate prædicta, extendatur ad quodlibet delictum cum qualitate diminutiua, & excusante confessatum, vt latè deducit Ioseph. Rota Lucan. 19. num. 12.

11 Quare crederem esse in Iudicis arbitrio. Dec. in l. 1. in prima lectura. num. 16. ff. si cert. petat. consi. 459. & 469. Iacob. Menoch. de arbit. iudic. cas. 279. sub nu. 6.

Vnde in muliere, quæ ventris doloribus impulsata, latrinam accesserat, & partum in cloacam effuderat, asserens, se nesciuisse fuisse prægnantem, Senat. Pedemont. condemnauit in perpetuum exilium, & mandauit fustigari, vt apud Dom. Osach. Pedement. 60. attenta responsione, sic qualificata, qualitate personæ, quia mulier, &

erat

erat vilis,& sic nedum qualitas confessionis,sed personæ, & facti considerandа est: & certè, credere mulieri,quod non credat se prægnantem, quantum sit vanum,iudicent omnes.

Pariter idem senatus, mulierem, quæ confessa erat peperisse filium, sed mortuum, condemnauit in exilium per quinquennium, & mandauit fustigari,ut per Thesau.decis.Pedemont.13.

Et in congregatione facta sine presentia superioris,Rolan.consuluit mitiorem pœnam. cons.17.num.28.uolum.3. Quod cōsilium est admodum notabile pro ciuitatibus,& locis, in quibus in consiliis debent interuenire gubernatores, uel alij officiales: nam non sunt uocandi quando tractandum est aliquid contra eos pro informandis. DD. superioribus.

Et in causa cuiusdam Hebræi baptizati, & deinde ad Iudaismum reuersi,dicentis id non fecisse animo Iudeizandi,sed ut Hebræos deciperet, donec ab eis consecutus fuerit quotam aliquam, offerentisque ad ecclesiæ gremium redire, consuluit Hippolyt. Riminal. consi.83. tomo 2.diuers.crimin.

Et in nefandissimo vitio contra naturam, asserit à pœna ordinaria liberasse quendam Anto.Gomes.tomo 3.cap.3.num.26. qui dormiēdo cum masculo,cognouerat contra naturam, asserendo fecisse in somnis,cogitando esse fœminam.

Et in eo,qui confessus est voluisse deosculari, & rapere mulierem de consensu ipsius.Ioseph.de Ludouic.Rot.Lucan.19.

Intelligenda tamen sunt prædicta omnia, multis concurrentibus: primò quòd non constet de delicto, nisi per illam confessionem sic qualificatam:secundo,quòd unico contextu fuerit pronunciata Boer. ex cōmmuni.Decs.164.num.11.vsque ad num.14. Iul.Clar.in §.fin. quæst.55.versic. fortè posset: tertiò inspecto iure communi: secus si statutum mandat simpliciter responderi: nam tali casu punitur pœna ordinaria,ex hac præsumpta confessione. Bal.in l.fin. C.de probatio. Abb.in cap.accedens,de Simon. Vel nisi essemus in casu, vbi esset præsumptio pro eo, qui dicit fecisse ad defensionem, quem casum ponit Faber in §.ius autem gentium, colum.4.de iur.natur.gent.& ciuil. Alcia.in l.1.§.si quis simpliciter, sub num.78.ff.de verbo.obliga.: vbi sentire videtur, quod hoc suadet integritas vitæ, & merita confitentis: vnde bonum erit hoc ponere, & articulari: vnde confessio scindi non potest quando est iustificata,ex aliis probationibus excludentibus delictum.Et intellige secundum mentem,& intentionem cōfitentis. Alexan.consi.30. colum.fin. volum.7. uel quando quis iurauit veraciter ad interrogata respondere, & dicat se fecisse ad sui necessariam defensionem, creditur. Felyn.in capit.cum dilecti, columna prima, de accusationib.

Duæ

12 Duæ igitur † dantur cautelæ, in responsione facienda notabiles, & singulares.

Prima est; confiteor me occidisse hominem, sed ad mei defensioné, nec aliter, nec alio modo; quo casu nunquam ex tali defensione damnabitur, nisi aliud probetur: hoc dicit glo. notabilis, in l. si quidem. C. de excep. & ibi Bald. hoc valdè commendat.

Secunda est, quæ elicitur ex eadem glo. incipiendo à negatiua; nego me hominem occidisse, & si, & quatenus appareret, hoc fuit ad mei defensionem: & hoc procedit in causis ciuilibus; nego me mutuò accepisse à Sempronio; &, si appareret, dico me satisfecisse. Commendat Ias. in §. item si quis, num. 26. de actio. vbi dat cautelam ad repellendum socium criminis, incipiendo à negatiua; nego me tale crimen commisisse, & si appareret, iste non potest accusare, quia est socius criminis, vel facit se socium criminis, ut tutius dicit Iul. Clar. in § fin. q. 21. vers.
* in hoc autem, & in hac secunda cautela, vt subsistat, est communis opinio. Boss. de confess. num. 36. licet non euitet in hoc torturam, ut per Grammat. vot. 2.

Et hæc omnia, quæ dicta sunt in materia confessionis in criminalibus, vendicant sibi locum in causis ciuilibus. Barbat. in cap. auditis, de præscriptio.

Et ad propositum propositæ quæstionis infertur.

13 Conductor, cum adhuc non venerit tempus soluendæ pensionis, mutuauit locatori certam pecuniarum quantitatem; iurat locator habuisse dictas pecunias, sed ex causa locationis: an audiatur? Vtique talis confesio diuidi potest, & in parte acceptari, cum confitens habeat præsumptionem contra se, cum non possent dici in causam locationis, cum tempore consignationis non venerit tempus soluendi pensionem. Ita Butr. consi. 65.

14 Secundò infertur, † quod si actor proponat aliquid dedisse ob causam, & reus iuret simpliciter, ipse debet probare quòd simpliciter recepit, cum donatio non præsumatur, glo. & ibi Bal. in l. 2. C. de donat. ante nupt. & clarè hoc tenet Abb. in ca. cum venisset, colum. 2. uers. itē no. & glo. 3. vers. in glo. in verbo, donec. vbi Butr. in quarto notabil. Imo. colum. 1. vers. item no. de instit.

15 Tertiò, si † quis cōfitetur accepisse in depositum aliquid ab aliquo, cum qualitate, quod recepit, non vti rem deponentis, probare tenetur, & confesio in parte diuidi, & in parte acceptari posse, respondit Grat. consi. 127. volum. 2.

16 Secunda principalis † cōclusio sit, quando contra confitentem non est iuris præsumptio in contrarium, in conditione, uel qualitate adiecta: tunc confesio non potest pro parte acceptari, si vnum contineat capitulum, vel connexa, & sit facta responsio vnico contextu: secus, si

responsio

responsio contineat diuersitatem, vel in factis, vel in tempore. Ita sentit Bar.in d.l.Aurelius.§.idem quæsiuit, de liberat.legat.reassumit Marant.in Specul.in verbo, confessio, num.27. Franch. March.decis.60. num.5.par.1.439.num.6. & 520. num.4.par.2. Ias. in l. contra iuris. §.cum filius.num. 12.ff.de pact.in l.Pomponius. §.cum quis.num. 13. de acquir.pos.Lanfranch.in uerbo,confessio,num.28.Rauen.sing.93. confessio. Ferrant.Garg.Patro.6.num.7.Niconi.alleg.1.num.19.Rota Gen.141.num.2.114.num.3.95.num.3.122.num.5.60.nu.4. Natt. consi.134.num.2.lib.1.Bursat.consi.53.num.17. & 18. volum.1.Lau. de Pin.consi.158.num.10. late Rimin.iun.consi.127.volum.2.& cons. 48.num.47.uolum.1.Boer.consi.7.Vasq. de successio.lib.3.§.23.limitatio.18.num.25.Bertaz. consi.crim.449.num.30. volum. 2. Decian. consi.80.num.36.uol.3.Mazzol.cons.23.nu.82.Cro.cōs.42. num.36. vol.3.Borgn.decis.27.num.88.par.2.

17 Quare in actu† practico dico, quod si pars reclamet, quod Iudex nō debebit admittere, ita sentit Alciat.in l.1.§.si quis simpliciter, sub nume.72.versic.ego puto, & istud suadet æquitas ad obuiandum calumniis.Anchar.q.15.num.8.par.2.

Vnde Ioan.de Imo.& Gemin.in cap.cupientes, in princip. de elect. lib.6.dicunt, ita interrogandum, scilicet, an mihi mutuaueris centum, quorum sim debitor, vel iuro, quod non mutuasti mihi aliquid, per quod sim debitor; ita tradit pro cautela singulari Veron. cautel.60. si mutuaui.

Vel, si quid mihi mutuasti, restitui, idem Veronens. dicens singulater notandum, vti in practica quotidianum, cautel.136. si debitor soluit in secreto; uel melius simpliciter negare, ut consuluit Didac. variar. resolutio.lib.1. cap.2. nume.3.4. vbi in omnem euentum consuluit negare.

Rota autem tenet, quod in ciuilibus cōfessio diuidi non posit, nec in parte acceptari, & in parte improbari, vt attestatur Caput Aquens. decis.186 par.prima. & 408. in nouis.Grauat. ad Vestr. libro quinto, cap.vlt.num.15.

Ego crederem id omne melius esse remittere Iudicis arbitrio, considerata qualitate personæ deferentis iuramentum, si sit rusticus simplex, uel idiota, quibus creditur etiam in capitulo distincto, & separato, etiamsi statutum, stilus, uel consuetudo requireret purè, clarè, & simpliciter respōderi, cōsiderata etiam qualitate respōsionis: nam si uariat ex natura actus facilius admittet, ut bñ discurrit Boer. decis.339. par.2.ita declarādo materiam. l.si quidem. C. de exceptio. hoc idem pulchrè confirmat Neuizz.in Sylua nupt. lib.3. in uerbo, monitoriæ, num. 53. ubi loquitur etiam quādo reuelatur monitorio ecclesiastico pro exoneratione cōscientiæ, & admittit respōsionem. Imo.& cautel.

Veron.

Veronensis, de quibus supra, idem tandem tenet Sarain. ad Mattefilan. notab. 38. est communis opinio, Eman. in suo thesaur. litera C. nume. 243. Et facit ad prædicta id, quod not. Bald. in l. iusiurandum, & ad pecunias. §. si de qualitate iuramenti. ff. de iur. iuran. vbi iudex ex causa potest iuramentum interpretari: sequitur Alexan. in l. 1. §. si quis simpliciter. nume. 5. limit. 3. ff. de verb. oblig. vbi in additionibus, declaratur causa ex qualitate personarum, & responsionis, & facti, & sic ibi quoque remittitur ad Iudicis arbitrium.

Et hunc casum in indiuiduo in causis ciuilibus nõ reperio apud Menoch. de arbitr. iudic.

Potest etiam confessio sine qualitate acceptari, quando acceptans vult probare contra qualitatem & assumere in se istud onus, Grat. cõsi. 127. nu. 9. volu. 2. Rouescal. ad Alex. consi. 39. vol. 7.

Vnde Paul. Castrens. dicit vnum, quod ipse reputat omni memoria dignum, in l. si quidem. C. de transact. quod, si confiteor me tibi debere quinquaginta cum taxatiua, tantum, quod possum acceptare, quoad quinquaginta, & residuum probare: & ibi dicunt Salicet. & Bald. vnum notabile verbũ, si verũ est, quod dictio taxatiua nõ qualificat.

QVAESTIO DVODECIMA Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum in facto alieno subire quis non tenetur.*
2 *Possidens cum titulo, & bona fide, præsumitur ignorare, rem illam ad alium pertinere.*
3 *Filius præsumitur ignorare factum patris sui, licet sit vna persona cũ ipso.*
4 *Ignorantia in facto alieno non præsumitur, quod quis scire tenebatur.*
5 *Scire, vel scire debere, paria sunt.*
6 *Ignorantia illius, quod publicè fit, non præsumitur.*
7 *Ignorantia præsumitur in absente, uel infirmo.*
8 *Ignorantia præsumitur in pupillo.*
9 *Ignorantia proclamatum, & bandimentorum non presumitur cum publicè fiant.*
10 *Bandimenta, quod assignentur frumenta, & blada, quomodo afficiat absentes, uel præsentes, in tempore non assignantes.*
11 *Episcopus imponẽs charitatiuũ subsidiũ sub pœna, nõ cõprehẽdit ignorãtem.*
12 *Bandimenta de assignandis segetibus infra terminum, non comprehendunt illum, qui assignasset die sequenti post terminum.*
13 *Intellectus ad l. Diuus. ff. de in integrum restit.*

N 14 *Scien-*

14 *Scientia non presumitur in delicto in omittendo.*
15 *Sindicus obligatus ad denunciandum maleficia, non punitur, nisi probetur scientia.*
16 *Scientia non est probanda in crimine falsi, cum veniat ex natura actus.*
17 *Scientiæ qualitas quo casu probanda est: & ibi dicitur, an proferatur à lege, uel homine.*
18 *Dilatio modica data in bandimentis excusat non assignantes in termino.*
19 *Ciuis nouellus præsumitur ignorare statuta.*
20 *Vicinus non presumitur scire factum momentaneum nec celeriter factum.*
21 *Angustiæ temporis non constituunt aliquem in mora, nec dies interpellat.*
22 *Inquisitio succedit loco accusatoris.*
23 *Iuramentum delatum super facto denunciato ad domum, cogit ad iurandum.*
24 *Citatio facta domi, afficit, & præiudicat, licet non peruenerit ad notitiam citati.*
25 *Hæres præsumitur habere notitiam testamenti, si erat in domo tempore conditi testamenti.*
26 *Vel fuißet presens.*
27 *Iuramentum super facto alieno operatur, quando quis interrogatur de re, de qua aliàs mentionem fecisset.*
28 *Vel de facto perquisiuisset, & eius partem sciuisset.*
29 *Scientia presumitur de facto alieno, si scriptura apud eum reperiatur.*
30 *Filius presumitur habere notitiam testamenti, si apud eum reperiatur.*
31 *Pupillus non tenetur tutori de euictione, si emat bona censui supposita, ab ipso pupillo, cuius bona administrauit.*
32 *Scientia presumitur in facto, quod quis pertractauit.*
33 *Scientia præsumitur in eo, qui ex re commodum percipit.*
34 *Scientia presumitur in facto eggregio, uel egregie personæ.*
35 *Scientia in quibus casibus præsumatur in facto alieno.*

1 VAERO, an † quis teneatur subire iuramentum in facto alieno: & primo videbatur dicendum, quod nõ; qa p̃sumitur probabilis ignorantia in facto alieno. l. verius. ff. de probatio. l. hoc autem. ff. de administrat. tut. l. vlt. in fi. ff. pro suo. l. super seruis. C. qui milit. non poss. §. quod autem. Instit. de legat. Dyn. in reg. præsumitur. lib. 6. Archid. in Cano. proposuisti, colum. penul. 82. distinctio. Soc. in tract. fallen. in verbo, ignorantia, el secondo. Corn. conf. 17. num. 7. libro primo. Robert. Maran. in l. 15. potest, num. 224. ff. de acquir. hæredit.

2 Hinc dicimus, † possidentem titulo, & bona fide, præsumi ignorare rem illam ad alium pertinere. Bar. in l. census, col. pen. versic. secundo con-

do contra hoc.C.de vsucapio.in l.vlt.in fi. C.vnde vi. Bal. in l.vltima, oppo.15.C.de edict.diui Adria.tollen. in l.vltim. C.quibus non obst. longi temp.præscrip.Abb.in cap.si diligenti.quæst.3. de foro compet. Alex.consi.71.colum.penult.lib.4.Calcan. consi.28.lib.4.Grat.consi. 125.num.7.lib.1.

3 Et hæc conclusio † adeo vera est, vt procedat, & habeat locum in filio, qui præsumitur ignorare factum patris sui, licet vna persona cũ eo reputetur.Bal.loquens in testamento patris,consi.392.lib.1.& 295. vers ex prædictis lib.3. qui idem dixit, quando filius habitat cum patre.Aret.in l.qui Romæ.§.duo fratres. num.15. ff.de verbo.obligatio. vbi Ripa num.50.& 51.& Dec.cons.495.num.21. & alij multi cumulati a Crauet.cons.193.num.6 qui dissentientes allegat Tiber. Decia. cons.3.num 119.lib.1.nisi concurrant coniecturæ, de quibus non est

* locus suus.& hæc est communis opinio, a qua in iudicando,& in consulendo non est recedendum.Ias.in l.eius,qui,in 4.notab. ff.si cer.petat. Cur.consi.8.Gozad.consi.36. in fine.

Et hæc opinio est vera,ex tex.in l.Marcellus. §.fi.ibi, cum iniquum sit de alieno facto alium iurare,

Declara,& restringe hanc conclusionem,vt procedat in veritate,& præcisè: secus, si quid credat, vel putet in eius opinione:ita hunc textum declarat Crauet.cons.203.num.26.

Interrogabitur igitur in facto alieno de credulitate, & ad hoc cogetur medio iuramento respondere.

4 Declaratur secũdo † in facto alieno, quod quis scire, & perquirere tenebatur,quia præsumitur scientia,& consequenter, si verè non scit, perquirat,adhibeat diligentiam,& iuret.glo.in cap.præsumitur,de regu.iur.lib.6.Bal.in l.1.ff.si quis omiss.cau.testam. vbi in hoc casu ignorantia præsumitur simulata, & ficta. Archid. in Cano.proposuisti, col penult.82.distinctio. Card.in Clement.1. quæst.7. de consanguin. & affinit.& ibidem Anchar.colum.penul.versi.sed hæc incidenter. Abb. in cap.innotuit.num.9.de electio.Roman.cons.481.num.8. Dec. cons 160.colum.3.versic.sed his non obstantibus.Grat.cons.12.colum.vlt. cons.25.colum.2.lib.2.Crauet.consi.225.num.8.Alba.cons.18. num. 4.Soc.in tract.fallen.in verbo, ignorantia,el secondo, limit. 1. & paria

5 sunt,† scire,vel scire debere l.quod te.vbi Ias.num.9.Dec.num.17. in quinto notabili.ff.si cer.pet. in l.qui cum alio. num. 10. vbi Cagno..nu 19.ff.de reg.iur.in l.quamdiu,la prima.C.qui admitt. Ias.in l.si per errorem, in 2.not.ff.de iurisd.omn.iud.

6 Declaratur tertio † in eo,quod publicè fit,vel dicitur,ca.1.circa medium,cap.cum in tua,de postulat.prælat.tex.notabilis in Clemen.1.§. fin.de concess præben.glo.notabilis,quam ibi Bar.valde extollit, dicẽs millies allegasse,in l.si tutor.C.de peric.tut.in l.quinquaginta,de excu.

tuto.in §. qui autẽ,in ver.cognouerint,Insti.eod.in cano.quod dictis, distin. 16.in cap.exceptionem.§.fin. de excep.Bart.in l.absenti. col.2. de dona.in l.si cui.§.ijdem,de accusat.

Dummodo sit tale, vt sit publica vox,& fama, Aret.cõsi. 110. col.5.

7 Secundò in præsente,† & non absente;in sano, non infirmo graui tamẽ infirmitate,in ciue inueterato nõ nouitio vel forense. Ias. pulchrè in l. is potest,nume.64. vbi Marant.nume.23.ff. de acquir. hæred. in l. Lucius.§. Titius.num.9.de liber.& posthu.consi.46.col.3.lib.3. Grat. respon.49.num.15.lib.1.Soci.iun.consi.31.nume.12.lib.2.Gram.decis.35.nu.15.Crauet.consi.225.nume.8.

Accedat prædictis Bald. in l. quicunque, nume.2. C.de seru.fugit. Alexand.consi.36.col.2.lib.1.consi.187.col.3.lib.2. Dec. in l.cum vel in vtero,C.de testam.milita.in cap.1. nume. 17. de postulat. prælatorum. Felin.in cap.de his,colum.pen.de accusat.Ruin. consi.51. col.2. lib.5. Capic.decis.69.nume.18.Grammatic. decis.35. nume.15. pulchrè Luc.de Pen.in l.3. præsump.90.C.de apoc.public. lib.10. Ias. in §.si quis agens,nume.8.de actio.vbi dicit singulare. Ant. Gabr. de regu.iur.conclu.5.nu.21.Corbol.de iur.emphit.limit.20.nume.12.Ant. Gabr.de præsump.concl.6.limit.3.num.33. Duen.reg. 125. limit. 3. Menoch.de præsump.lib.6.præsump.24.nu.40.

8 Declara, † in pupillo non procedere, Curt. iun. consil. 52. numero 4.

Et iuxta prædicta infertur ad decisionẽ quæstionis, quæ passim in facto occurrit in hisce calamitosis temporibus carioris annonæ, in quibus, a iudicibus & præfectis emittuntur Bannimenta, seu proclamata,in hoc,vel simili tenore.

CHE OGN'VNO, SI CITTADINO, COME HABITANTE IN QVESTA CITTA DEBBIA HAVERE ASSIGNATE TVTTE LE QVANTITA' DI GRANI, CHE HANNO NELLE LORO CASE, TANTO SVE PROPRIE, COME DE' FORASTIERI, O ALTRI *sotto pena, &c.*

Si aliquis iuxta terminum,& diem in bannimentis , & proclamatibus appositum,non assignauerit,sed fortè in die post ; an excusetur à pœna? casus frequẽtissimus,necessarius,& vtilissimus in hisce tẽporib.

9 Et contra † non assignantem facit declaratio superius tertio loco posita,quia ignorantia proclamatum, quæ publicè fiunt, non præsumitur nec excusat.

10 Hinc dicebat† in facti contingentia Roman. consi.59. in 3. dubio, nu.5.ver.contrarium tamen est veritas,in ciuitate Fani. quod edictum Illustriss. Domini Pandulphi,vt quilibet originarius ciuitatis Fani extra eius ciuitatẽ,vel comitatũ existens,reuerti debeat infra terminũ in

edicto.

edicto præfixum: comprehendit etiam illum,qui bannum non potuit audire,cum tempore promulgationis non esset in loco,& ibidem agebatur de graui pœna confiscationis bonorum.

11 Hinc etiam† dicebat Rota 444. in nouis,quòd si episcopus sub pœna excommunicationis imponat caritatiuum subsidium soluendum infra tot dies:neminē excusat ignorantiam allegantem, nisi aliæ concurrant coniecturæ. & ibi agebatur de pœna excommunicationis; & in fauorem scripserunt Bald. & Petr. eius frater, vt ibi Rota attestatur,& ibi in marginali additione dicitur,quòd illa decisio est bona, pulchra,& bonæ memoriæ commendanda.

Contrarium est verius, vt si alleget ignorantiam, concurrentibus alijs coniecturis, excusetur, vt latè superius dixi q ... quæstionis principalis.

12 Coniecturæ autem† negocium coadiuuantes multæ sunt, sed inter alias illa est principalis,& notabilis: si die immediate sequenti quis accederet,& assignaret præuia protestatione,quòd nullam, vsque in illam horam, de proclamatibus notitiam habuisset. Pedemonta. decis. 71.nume.30.ver.coniecturæ verò,vbi dicit esse textum ad literam, & in terminis,in l.diuus.ff.de restitu.in integ. vbi præsumptio contemptus iudicis contra contumacem,ex eo,quod citatus non venit in iudicio,tollitur ex eo,quod confestim comparuit.

13 Sed insistendo† parumper circa intellectum dictæ l. diuus, quæ ab omnibus reputatur solemnis, notabilis, & singularis, dico, quod si consideremus personam contumacis, bene adaptatur,quia secundum Alber. ibi,colum.2.circa medium,procedit in contumace, tam vero, quàm ficto: si igitur excusatur verus contumax, qui personaliter fuit citatus; multo magis qui per edictum,cum vox præconis paucis innotescat. sed habendo respectum ad tempus comparitionis, tria tempora innuit, latam sententiam in puncto suo,iudicem sedere adhuc, & incontinenti iam à banco recessisse: Primis duobus temporibus auditur contumax, tertio tempore non auditur: vnde dicebat ibi Angel. quod in hoc puncto stat singularitas illius legis, accedere ante discessum à Banco, licet iam sententia in puncto sit lata. Vnde si iudex iam discessit, & postea rediret, non saluat contumacem. Vnde dicebat ibi Alberic. in facto habuisse vnum, quod Tuderti sæpius occurrit, quod si imponatur pœna non venienti ad concilium ciuitatis, excusatur, si veniat in fine, ante discessum concilij: secus si per diem post. Vnde in summa attenditur, vt non expirauerit terminus, nec excusatur, si incontinenti post ueniat. Vnde si attendamus comparitionem die sequenti, iam terminus absolute expirauerat, & sic, licet confestim veniat, non iuuabitur, quia non sufficit confestim, nisi tangatur de

cauda

cauda termini: quare considera. Et considerando à communiter accidentibus, iuxta diuersitatem factorum, si, prout superius dictum fuit, imponatur pœna ciui non accedenti ad Concilium, vel Episcopo non venienti ad Concilium; est vnus casus, quia non possunt omnia ex integro fieri, & reponi, prout potest Iudex, a quo solo omnia dependent: quod secus est in alijs exemplis positis.

Posset fortasse dici, quòd in proposito casu die sequenti post terminum elapsum, si res adhuc sit integra: nec adhuc deuentum sit ad executionem aliquam; puta, visitationem granariorum, & similia, vt res non possit amplius dici integra.

Et pariter per illum textum, in l. Diuus, dicebat Bald. in l. siue possidetis, in fine. C. de probatio. quod præsumptiua obedientia tollit præsumptionem contumaciæ, etiam personaliter citati: sed in casu isto cõtestim, & incontinenti lapso termino proclamatum, consignauit, ergo præsumitur ignorasse, quia si sciuisset, consignasset, prout consignauit quando sciuit. Paris. consi. 20. num. 52. 64. & 65. uol. 1.

Addo prædictis, bene in materia loquentes. Roman. consilio 353. num. 3. Crauet. consi. 77. num. 10. Tom. Gramm. consilio 22. num. 11. consi. 13. num. 2.

14 Secunda coniectura † est probanda scientia, maximè, cum simus in delicto in omittendo, in quo non præsumitur scientia, nisi probetur. Bald. in l. 1. colum. 10. versic. item quando quis accusatur, quod nihil fecit, in l. data opera, versi. sed vbi ignorantia. C. qui acc. non poss. ex gl. notabili, & singulari, in l. ex maleficiis, versic. longe, in verbo, ignorantia. ff. de actio. & obliga. & hanc distinctionem in facto negatiuo, sequitur Felyn. in cap. 2. sub nu. 2. versic. est verum, quod Bal. de excep. licet relinquat cogitandum. Pedemon. 71. num. 35. & 36.

Addo, quòd hanc opinionem, quod in delicto, in omittendo debeat probari scientia, Aret. in tract. malef. in verbo, & ad querelam, nume. 93. dicentem, glo. superius allegatam esse auream, notabilem, & singularem. Anan. in rubr. de accusat. in fine. Roman. consi. 105. viso themate. Dec. consi. 328. num. 6. Marsil. consil. 87. num. 14. volum. 2. Crauet. pulchrè consilio 260. colum. 2. circa finem. Natt. consilio 225. num. 2. volum. 1. & hanc dicit communem Iul. Clar. §. fin. quæstio. 31. versic. & scienter.

Et quoniam, vt dixi ego, materia est hodie practicabilis, & frequentissima, confirmo hanc coniecturam, ut scientia debeat probari, deduci, & articulari; vltra Pedemon. & alios in citatis iam locis, referendo, & considerando etiam distinctiones Doctorum in hac materia.

15 Primo loco † dicebat Barthol. cons. 202. Carissime Domine, quod quando aliquis tenetur ad aliquid in genere, puta ad denunciandum maleficia, non potest puniri, nisi probetur, & deducatur scientia: quę

sequitur

sequitur Corn.consi. 100.parte prima. vbi refert multos tenentes hanc opinionem; sed in casu, de quo agimus, sumus in genere ad assignandum frumenta, legumina, & alias species. meritò venit ex hac doctrina scientia probanda.

16 Secundo loco † distinguebat Bal.in Authen.habita. C.ne fil. pro patre; aut scientia venit ex natura actus, & non est probanda; vnde secundum eum in falsi crimine non est alleganda, nec probanda scientia, quia falsum scienter præsumitur commissum; aut non venit ex natura actus, & probari debet, prout in casu isto cuicumque apparet.

17 Tertio loco † plenius distinguebat ultra alios, Dec.in cap.2.sub numero 6. de excep. aut qualitas scientiæ exprimitur a statuto, uel banno, & articulari, & probari debet, etiam in sui natura prohibitis: aut non exprimitur; aut sumus in casu, in quo scientia præsumitur, & probari non debet: vnde in his, quæ sunt de genere malorum, & a iure prohibita, scientia præsumitur: secus in non prohibitis a iure, vt ibi, per eum: * & dicit communem. Iul. Clar. licet eum non alleget in practic. §.fina. q.60.uersic. quæro, numquid.

Sed in p̄senti casu, bone Deus, nō venit scientia ex natura actus, cū sumus in sui natura, licitis, & permissis; quid igitur tot, non pœnæ, nō castigationes pro bono publico, sed extorsiones, & pauperum excoriationes, & populorum in genere, ruinæ & perditiones, & addo prædictis omnibus bene in terminis loquentem, Ias.consi.49.num.2.uol.3.

Et licet publicentur bannimenta, non ex hoc inducitur scientia vera, & probabilis, cum vox præconis paucis innotescat: vnde dicebat Pedemon.71. in casu suo, sub num.33. quod si proclamata fiant in platea, non præsumuntur deuenisse in notitiam in burgis, & inferioribus partibus Ciuitatem; multominus in Villis, & Castellis: & quotidie fiūt processus contra rusticos verè ignaros.

18 Tertia coniectura, † modica dilatio data in proclamatibus: nam ex hoc assignare debentes magis excusantur, ex temporis enim angustia non potest causari verisimiliter scientia, in qua conueniens temporis dilatio requiritur, argum. tex. in §.omnem, uersic. edicta vero. Authen. de litigios. ibi, edicta verò in multos dies sic posita, facile omnes agnoscere; & bene facit tex. in l.qui cum uno.§.fin.ff. de re milita. vbi parci-
19 tur tyroni ignoranti disciplinam militarem; vnde ciuis † nouellus præsumitur ignorare statuta: vnde parcitur, si contraueniat. Bald.in l.data opera, colum.6.C.qui accus.non poss.quem sequitur Felyn. in capitu. cum a nobis, in princ.de excep. Marsil.in l.qui ignorans, numero 17.de quæstio. Ias.plene in l.is potest, num.66. de acquir hæredit. facit etiam
20 quod regula, quæ habet, quòd uicinus † præsumitur scire facta vicini. l.octaui.ff.unde cognati, procedit in facto successiuo, non momentaneo. Alexan.consi.71.num.8 uolum.1. consi.80. colum.3. uolum.2.

Paul.

Paul. Castren. in l. 1. in fine. ff. si cert. petat. vbi Socin. colum. 5. Curt. iun. colum. 9. Felin. in cap. literis, col. 2. de præsump. Riminal. in l. 2. in fin. C. qui admitt. reputat notabile Ant. Trigo. sing. 80. Io. Lup. in cap. per vestras. §. 18. nume. 35. Afflict. super constit. fol. 91. Ant. Gabr. de præsumpt. conclu. 6. nume. 24. & 32. vbi in celeriter facto, in vicino
21 non præsumitur scientia. facit † etiam, quia angustiæ temporum nõ cõstituunt aliquem in mora, nec dies in hoc casu interpellat. Bart. in l. si mihi, & tibi. §. 1. nu. 2. ff. de lega. 1. & ibi Bald. in fine not. vbi Socin. colum. 1. in 2. notab. Alex. col. 1. in 3. notab. Ias. col. 2. Roman. in rub. de arbitr. col. 3. Socin. regu. 90. limit. 3. Alexan. in l. quoties in diem, col. 1. ff. de verb. oblig. Felin. in cap. licet Heli. colum. 3. de simoñ. Ias. in l. si ex legati causa, nume. 17. de verb. obligatio. Anto. Gabr. de solut. conclus. 9. nume. 23. solent igitur vt plurimum, non ad bonum publicum, nisi imaginarium tantum, in proclamatibns, & publicis edictis Gubernatores apponere breuem terminum ad profitendum, & assignandum, vt homines de facili illaqueentur, prout sæpius occurrit, & sub imaginatione apparentis iustitiæ in perniciem populorum, & pauperum.

Sed quãdo benè mora esset iam cõtracta, adhuc de facili eius purgatio admittitur, ex quo sumus infra modicum tempus, & sumus in omittendo, nõ in faciendo, vt latè diximus in tract. locat. & cõduct. part. 4. tit. de Mora, limit. 1. vbi videre placeat.

Excusandus igitur videtur, si quis in tempore in proclamatibus apposito non assignauit, & poterit moram sic in omittendo commissam infra breuem terminum purgare, & allegando ignorantiam, cõcurrentibus alijs cõiecturis, excusabitur, probãdo ignorãtiam per proprium iuramentum, modo, quo superius dictum fuit.

Et maximè, si non fuit accusata contumacia per fiscum, prout similibus casibus requiritur. Bart. in l. inter accusatorem, nume. 8. ff. de public. iud. ubi Imol. colum. 2. versi. item adde. Salicet. in l. absentem. C. de accusat. nume. 10. latè Ias. in l. properandum. §. & si quidem, nume. 7. C. de iudic.

22 Nec obstat † restrictio, quando proceditur ex officio, Bar. extrauag. ad reprimen. in verbo neglexerint. latè Marsil. in l. de unoquoque. nnm. 121. de re iudica.

Quia inquisitio succedit loco accusatoris, Bal. in l. obseruare. § proficisci, colum. 4. quæst. 5. de offic. procons. & lega. Ideo eius naturam sequitur. l. si eum, §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. Cagnol. in repe. l. vnic. nume. 99. ff. si quis iusdicen. non obtemper. & omnes exceptiones, quæ possunt opponi contra iudicem inquirẽtem refert, Marsi. cons. 50. nu. 8. Nec obstat Afflict. deci. 3. quia rectè intuẽdo, dicit accusandam contumaciam, & hoc iustum, & honestum esset.

Decla-

23 Declaratur † quarto loco principaliter allegata conclusio, nisi quis adiurandum super eo interrogaretur, quod fuit denunciatum ad domum, quia præsumitur ex hoc scire, & consequenter iurare tenebitur, glo. in d.l. si tutor, Bald. in l. scire oportet. §. aliud, de excus. tut. Soc. in tract. regu. in verbo, ignorantia, limit. 3. Marant. in l. is potest, num. 230. ff. de acq. hæreditat. Clem. causam. de elect. ibi, in domo, &c. Bar. in l. 4. §. prætor ait, nu. 6. de damn. infect. Rube. ad l. non solum. §. morte, num. 451. de ope. no. Caball. de euict. §. 3. num. 99.

24 Facit, † quia citatio facta domi, afficit, & præiudicat, licèt fortè non peruenerit ad notitiam citati, Bar. in l. licet. C. de repud. Bal. in l. ut per fectius, C. de annal. exceptio. Bal. in l. consentaneum, num. 2. C. quom. & quand. iud. multomagis quando est facta domi, cum acclamatione baiuli, vel dimissione cedulæ, Bal. in citato loco, in secundo notabil. in l. diffamari. per illum text. C. de ingenu. manumiss. commendat pro singulari, dicens diligentissimè notandum Ias. in §. quadrupli. num. 23. de actio. Guid. Pap. decis. 429. & melius. 145. Marant. par. 6. in verbo citatio, num. 81. Vant. de nullitat. ex defect. citationis, nu. 88. nisi in appellando, vt per Rot. 499. in antiq.

25 Si † igitur ex denunciatione domi facta resultat scientia, merito super eis iuramentum deferri poterit.

Et hæres, qui fuit in domo tempore conditi testamenti, præsumitur habere notitiam ipsius. Bal. cons. 392. col. 2. lib. 1. quia domestici præsumuntur habere notitiam eorum, quæ fiunt in domo, l. consensu. §. seruis. C. de repud. Craue. cons. 293. sub nu. 7.

26 Multomagis, † si quis, nedum fuisset in domo, sed fuisset præsens actui, vel negocio, de quo quæritur, Bar. in l. 4. §. fi. per glo. ibi ff. solut. matrimo. in l. hæredes. §. fi. ff. de testament. Alex. cons. 4. columna 9. vol. 2. Ias. ad l. 1. in fine ff. de in ius uocand. Aret. cons. 11. col. 3. vers. ex his infertur: qui omnes concludunt, quod filius præsumitur habere scientiam de testamento patris, si fuit in domo, vel præsens.

27 Declaratur † quinto loco principaliter, quando aliquis mentionem aliquando fecisset de tali re, de qua hodie interrogatur. Castren. cons. 59. col. 2. lib. 3. ubi maritus faciendo mentionem de legato dotis suæ vxoris, præsumitur scire eius conditionem, Soci. cons. 63. col. 4. in fi. lib. 3. Craue. cons. 193. sub num. 3. vers. idem si probaretur.

28 Vel † de facto requisiuisset, & eius partem sciuisse: nam ex hoc præsumitur sciuisse totum, Soci. in tract. Fallent. in uerbo ignorantia, el secondo, limit. 6. argum. l. non est ferendus, ff. de transactio. Ale. cons. 39. col. 2. vers. vnde probato, lib. 2. vbi Rouescal. ex Paris. infert in practica, quòd probata possessione in parte rei, vel fundi, totus fundus censetur possessus, Paris. consilio 107. numero 13. libro 1. Alba. consilio 18. numero tertio, Surd. consilio 82. numero 35. Bursattus

consi.64.num.36.Simon de Pietis. consi.95.nume. 11. Menoch. cõsi. 73.nume.25.lib.1.& ex scientia substantię præsumitur scientia qualitatem. Crauett.consi.866.nu.7.

29 Vel quando † ipsius facti scriptura reperiretur apud interpellatum de iurando, Soci.in tract.fallent.in verbo ignorantia, el secondo, limi.7. ex textu, in cap.constitutus, vbi glo.& Inno.de testib. Authen. qui semel, C. de probatio.idem scripserunt Anchar. consi. 170. nu. 6. Aret. consi. 15.in fi.Dec.consi.267.in fi.decis.Bononien.71.nu.7.

30 Vnde, si † apud filium reperiatur testamentum patris, præsumitur habere notitiam ipsius, quod vltra allegatos ponit Aret. in l. qui Romę §. duo fratres nume. 12.ibidem Ripa.nu.56.qui eiusdem sententię commemorat Abbat.consi.19.in fi.consi.54.in fin.lib.2.addo Afflict. decis.13.nume. 11. Grammat.decis.103.num.35.Alba.consi.59.nu.8. Dec.consi.24.nu.23.

31 Per quas auctoritates dixi in facti contingentia, quod si tutor finita tutela emat bona pupilli sui, inter quæ aliqua reperiantur supposita censui, quod pupillus de euictione non teneatur, cum tutor ... ex administratione per eum facta.& inuentario per eum confecto præsumatur scire qualitates dicti patrimonij empti, si tempore administrationis erat iam impositus census. l.si fundum. C.de euictio.

32 Vel factum, † de quo quæritur per tractasset, Bal. in l. cũ alienã. C. de legat. ex l. procula. de proba. ex l.si patronus, de confirm.tut. latè Corbol. de iur. emphit. limit.2. vbi ex solutione canonis, vel præsentia tempore inuestiturę inducitur scientia in emphiteota.

33 Vel si † comodum ex ea re sentiret: ex hoc enim præsumitur scientia, Card. in clem.1.§. vlt. de concess. præben. Maran. in l.is potest. nu.229. de acq. hæredit.

Vel esset vicinus, vel coniunctus, in his, quæ solent esse nota vicinis, vel coniunctis, iuxta tradita per Gabr. de præsumpt. conclu.6. Duen. reg.125. Alfan. report. 163. Menoch. de præsump. lib.6. præsump.24.

34 Declaratur sexto † principaliter in facto egregio, vel notorio, vel in facto nobilis, & egregiæ personæ: Hinc filius præsumitur scire creditũ patris, si sit notabilis summæ. Benitend. decis.71.nume.7. Bursat. consil.118.nume.10. in fine lib.1.& in facto egregiæ personæ Ias. in l. si res obligata. limit.3. de leg. 1. Tiraquel. de nobilit. c.37.nu.110.

IGITVR.

DEBITVM DE PERQVIRENDO,

35 PVBLICE FACTVM.

DENVNCIATIO, ETIAM DOMI,

PRAESENTIA,

TRACTATVS,

SCRIPTVRA,

EGRE-

EGREGIVM FACTVM,
EGREGIA PERSONA;
Inducunt præsumptionem notitiæ, & scientiæ.

QVAESTIO DECIMATERTIA. Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum de calumnia non præstatur in delatione iuramenti litis decisorij.*
2 *Quid in actione famosa.*
3 *Quid post acceptationem,*
4 *Quid stante instrumento, uel pacto, quòd stetur iuramento creditoris.*
5 *Positiones faciens, tenetur iurare eas esse ueras, aliàs quis respondere non tenetur.*
6 *Iuramentum litis decisorium redditur nullum ex iuramento calumniæ non præstito.*
7 *Iuramentum calumniæ statuto, uel consuetudine tolli non potest.*
8 *Iuramentum calumniæ præstari debet in causis summarijs.*
9 *Iuramentum calumniæ præstandum est in causa cognoscenda, sola facti ueritate inspecta, & non præstitum, uitiat processum.*
10 *Iuramentum calumniæ peti potest in quacunque parte iudicij, etiam post litis contestationem.*
11 *Iuramentum calumniæ peti non potest postquam actor plenè probauit intentionem suam: & ibi latius.*
12 *Parentes, uel patroni iurare non tenentur de calumnia in præstatione iuramenti litis decisorij.*
13 *Idem in procuratoribus eorum.*
14 *Vbi declaratur.*

1 QVAERO, †an in delatione iuramenti litis decisorij sit iurandum de calumnia? & vtiquè sic. l. iusiurandum, & ad pecunias §. qui iusiurandum, ff. de iureiuran. l. delata. C. de reb. credit.

2 Ampliatur hæc†conclusio, vt procedat in quauis actione, siue famosa, siue non famosa l. Marcellus. § 1 ff. rerum amot.

3 Ampliatur secundò,†vt procedat etiam post acceptationem: nam ille, cui delatum est iuramentum, licet acceptauerit iurare, adhuc acceptatione non obstante, pôt interpellare deferentem de iuramento calumniæ, & si recuset, iuram. habetur ꝓ remisso. l. si non fuerit. ff. de iur. iurā.

vbi Iaſ. legendo eam cum l. ſi actor, dicit, quod per illam legem amplia tur hæc concluſio: & facit etiam ratio, quia iuramentum habet vim li tis conteſtatæ, l. nam & poſtea, §. is, qui temporali, ff. de iur. iurand. Sed per litis conteſtationem non tollitur iuramentum calumniæ. glo. final. in cap. ex literis de iur. iurand facit textus in cap. 1. de iur. calum. lib. 6.

Licèt igitur reus acceptauerit iuramentum delatum, poterit inſiſtere, volo prius, vt per deferentem iuretur de calumnia, & ſi recuſet, habetur iuramentum pro remiſſo.

4 Ampliatur † ſecundò hæc concluſio, vt ſtante inſtrumento, vel pacto, quod ſuper damnis ſtetur iuramento creditoris, quod nihilominus inſtante debitore, tenetur creditor iurare de calumnia, Bal. in cap. cæterum, nu. 4. de iuram. calumn. & ratio eſt, quia iuramentum calumnię non ſolum tendit ad veritatem, ſed ad ſolemnitatem, l. 2. C. de iur. calum. Prȩterea iuramentum calumniæ eſt iuramentum conſcientiæ, & onus conſcientiæ nemini remitti poteſt. Iaſ. in l. nemo poteſt, num. 30. de legat. 1.

Ex quibus correlarie infertur in materia remiſſionis iuramenti, aut iuramentum reſpicit veritatem tantum, aut ſolemnitatem, aut conſcientiam: Primo caſu remitti poteſt, ſecundo, & tertio caſu non.

Et hæc addi poſſunt ad ea, quæ ſuperius diximus de pacto de ſtando dicto alterius q. .... quæſt. principalis, nec apud Plotum ex profeſſo tractantem de in litem iurand. §. 48. relata.

5 Ampliatur † quartò, vt ille, qui facit poſitiones, tenetur iurare eas eſſe veras, aliàs quis non tenetur reſpondere. glo. ſingularis in glo. magna in fine in l. vnic. C. de confeſſ. quam ſingularem dixit Bal. in cap. in pertractandis, de iuram. calumn. Papienſ. in forma excep. contra poſitiones, in uerbo, ſub ipſius iuramenti, Rot. deciſ. 31. in nou. Pract. Peti. lib. 2. c. 4. nu. 9.

6 Ampliatur, † quintò, vt ſi fuerit petitum, & non præſtitum, proceſſus reddatur nullus, c. 1. de iur. calum. lib. 6. Mattheſ. notab. 65. Menoch. de arbitr. iudic. q. 20. nu. 5.

Addo, quod ita in Rot. ſeruatur ut per Rot. 659. in antiq. & hæc
* eſt communis opinio, de qua per Vant. de nullit. proceſſ. num. 29. Vbi poſt Thom. Faſtol. monet, quod quis non poteſt compelli ad iurandum, niſi data copia proceſſus, ſi fuerit petita. Cott. hoc valde commendans in verbo, iuramentum calumniæ, Grauat. ad Veſtr. lib. 5. c. 2. nu. 16. Marſ. de fideiuſſ. nu. 148.

7 Ampliatur, † ſextò, vt nec ſtatuto, vel conſuetudine tolli poſſit, vt dicunt omnes ſupra citati, Roma. ſing. 428. Afflict. in §. in quibuſdam de conſt. rect. feud. Iaſ. in l. rem non nouam, col. 1. C. de iudic. Papienſ. in forma libell. in actione Reali, in glo. & per Sacramentum calumniæ, vbi Maſner. in nu. 8.

Amplia-

8 Ampliatur, † septimò, vt procedat in causis summarijs, & in quibus procedi debet sine strepitu, & figura iudicij, in quibus de calumnia iurandum est, Bar. in extrau. ad reprimend. in uerbo, sine figura iudicii, num. 11. ea ratione, quia est de iure diuino Exod. cap. 22. & si dicatur quòd immò est de iure ciuili, l. 2. C. de iuram. calumn. Vtiquè iuramentum in se est de iure diuino, sed ista forma, quod semel tantum iuretur in causa, est de iure ciuili. Natt. in Clem. Sæpè. circa quartam quæstionem principalem, nu. 15.

9 Ampliatur † nono, etiamsi causa veniat cognoscenda sola facti ueritate inspecta: adhuc enim, si petitũ non præstatur, uitiatur processus, Asin. in sua pract. §. 3. c. 30. ex Bar. in citato loco, qui verè non loquitur de clausula, sola facti veritate inspecta, per quam Iudex efficitur Deus Dec. in c. quoniam contra, col. 2. not. 3. de probatio. Marant. de ord. iudic. par. 4. dist. 9. nu. 32. Grammat. decis. 19. nu. 8. decis. 62. nu. 30. decis. 130. nu. 141.

Nisi dicamus, quod iudicandum est, inspecto iure gentium, omissa solemnitate tantum iuris ciuilis. Aret. in §. in bonæfidei. col. pen. & fin. & ibi Ias. nu. 45. de actio. Corne. cons. 5. vol. 2. Alex. cons. 6. num. 2. vol. 3. in l. si ita stipulatus decis. 1. §. Crisogonus, num. 8. de verb. obli. Pedemon. 1. sub nu. 20.

Et Bar. opinionem sequitur Carauit. Vitu. 288. nu. 34. & 35.

10 Amplia, † decimò, vt in quacumque parte iudicij peti posit, etiam post litis contestationem, dum tamen ante conclusionem in causa, * glo. final. in cap. ex litteris, de iur. iuran. quam communiter receptam testatur Curt. in l. admonendi, nu. 75. Grauat. ad Vestr. lib. 5. c. 2. num. 14. Masner. ad Papiens. in citato iam loco.

Quicquid aliàs contrarium tenuerit Bal. in l. 1. in fi. C. de iur. calumn. quem sequi videtur Marant. de ordi. iudic. par. 6. act. 1. nu. 3.

Crederem tamen ex officio hoc iudicem facere posse, ex Anca. post Io. Andr. in cap. 1. de iuram. calumñ. lib. 6. per ea, quæ cumulat Asin. in sua practi. §. 23. c. 6. limit. 1. nu. 7.

11 Declaratur † primo hæc conclusio, nisi iuramentum calumniæ petatur, postquàm actor plenè probauit intentionem suam. Bal. in cap. 2. col. 2. vers. item in isto, de probatio. per illum textum singularem ad hoc: quod dictum pro valdè singulari ponit Ias. in repet. l. admonendi, num. 81. de iur. iurand. Vbi miratur, quod nullus canonistarum eam ponat, & in l. iusiurandum, & ad pecunias, §. qui iusiurandum, nu. 3. vers. limita prædicta, licet ibi aliquantulum dubitet.

Sed ad tollendum hanc dubitationem Ias. facit, quia vbi quis habet fundatam iam intentionem suam testibus, vel instrumentis, licèt aduersarius faciat positiones, respondere non tenetur, glo. in l. 2. § quod obseruari, C. de iuram. calum. Specu. in titu. de dilat. §. fi. num. 9. vers.

item

item quod si datus. quem refert, & sequitur Pau. de Castr. in d. §. de illo, nu. 4. & videtur esse de mente Ange. in hac l. manifestæ, vers. 4. de iureiurand. Ias. in l. fi. nu. 13. ff. de ferijs. Dec. in rub. de probat. col. 13. Lanfranc. in cap. quoniam contra. in verbo, responsiones, in fine, vbi clarè loquitur Cur. in tract. positio. breuilo. 17. Maran. in 6. par. actu 4. numero 10.

Addo Cremens. singul. 156. Ferrat. caute. 16. num. 5. Purpurat. in hac l manifestæ, num. 22. Eman. Costa. in l. si ex cautione. limit. vlt. vers. sed cum placeat, num. 1. C. de non num. pecu.

Etiam ex officio, æquitate suadente: Ita contra Neuizz. & alios Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 62. nu. 5.

Et hoc verum in summarijs: secus in ordinarijs, Pedem. dec. 10.

Quod nota, & collige uerum super materia directo contraria: secus si quis vellet probare id, quod non impugnat directo intentionem aduersarii, quia auditur, & sic loquuntur omnia exempla Doctorum in supracitatis locis. vndè si habes contra me probatum quod mutuasti decem, non prohibeor probare restitutionem, quia hoc non impugnat: & quidam Dardanus Pasqualonus de Cumulo, nescius de brodio iuris, dum esset Auditor Tuderti 1593. clausis oculis, reiecit articulos ad probandam solutionem, & restitutionem eorum, quæ aduersarius probauerat: Proh populi infœlices, & infœlicissimi Doctores, a quibus audiuntur, a quibus causæ iudicantur? exercebat officium sine libris, hoc sufficiat.

Præterea non est mirandum, quod Canonistæ non faciant mentionem de hoc dicto Bald. quia reiecta eius auctoritate, res erat clara, nam iuramentum calumniæ requiritur a partibus, vt timore Sacramenti, litium ambages compescerentur, l. 1. in princ. C. de iuram. calumn. ubi expresse not. Bal. quæ ratio cessat ubi quis plenè probauit intentionem suam, arg. text singularis in c. 2. de probatio.

Et sic remanet confirmata hæc prima limitatio data a Bal.

Declaratur secundo loco, nisi pars nollet iurare, nisi à iudice tale iuramentum deferatur, quia per hoc non vitiatur processus, Bald. dicens ita in facti contingentia respondisse in l. 2. col. 28. vers. quid, si iudex, de iur. iuran.

Quod est æterna memoria dignum, si verum est. Curt. in l. 2. columna prima, in fine de iur. iuran. & subsistendum est, ex causis superius adductis.

12 Principalis † tamen conclusio, quod sit iurandum de calumnia in præstatione iuramenti litis decisorij, si petatur, limitatur vt procedat quando sumus in patrono, vel parentibus, quia istis debetur reuerentia, ut non teneantur iurare de calumnia, vt clarè excipit. . . in d. §. qui ius iurandum.

Amplia-

13 Ampliatur hæc† limitatio, vt procedat etiam in procuratoribus eorum, vt ficut principales non tenerentur iurare, ita nec interuentores pro eis. l. qui bona, §. si alieno. ff. de damn. infec. vbi colligit Alberic. quod ille, qui vices alterius gerit, honorandus est, ficut ille, cuius vices gerit dist. 93. cano. ult. & cano. 1. dist. 94.

Addo glo. in canon. qua de causa in glo. 1. 2. q. 4. Abb. in cap. mandata, in 2. not. de præsump. Ancar. in cap. grandi, in 5. not. de supplen. neglig. prælat. Angel. in l. si prior. §. à Titio. ff. qui pot. in pign. habeantur, in 1. notab. Rom. sing. 370. Feli. in rub. de maior. & obed. colum. 5. Bertrand. consi. 73. col. 1. vol. 1.

14 In illis tātum† actibus, in quibus repræsentat, non in alijs Feli. in c. cum olim, el secondo, de offic. delega.

Colligit etiam, quod priuilegia etiam personalia dominis competentia, transeunt in eorum defensorem.

Contrarium tenet Rot. decis. 876. in antiquis, & decis. 1. de decim. in antiquioribus. Ias. consi. 20. col. pen. uolu. 1. sed declara, in subrogatum & defensorem subrogantis, secus si sit subrogatus, non tamen defendat causam subrogantis, & de eius interesse semper tractatur.

Declaratur hæc limitatio, vt non posfint conueniri in hoc, de dolo patroni, vel parentes, secus de proprio dolo, quia in hoc non excusetur, glo. in d. §. qui alieno, in verbo debet.

Declara secundo, ut non procedat in patronis, uel parentibus alieno nomine interuenientibus, quia hoc casu tenentur iurare de calumnia ex persona domini, quem repræsentent, secundum quosdam.

Contrarium credo verius, ex l. licet, in fin. ff. de obseq. libert. præstand. & l. sed si hac. §. fin. ff. de in ius vocand.

Honorandi igitur sunt parentes, aut pro se, aut per procuratorem, aut vt tutores, uel procuratores interueniant.

Declaratur tertio, ut procedat in iuramento calumniæ, credulitatis, & probationis, prout loquitur tex. in d. §. qui alieno, secus in iuramento calumniæ veritatis, & ad solemnizandum iudicium, & hoc colligo, quia iura, quæ remittunt patronis, & parentibus iuramentum calumniæ, loquuntur de illo iuramēto calumniæ, quod præstatur in causis summarijs, vt damni infecti, & similibus, prout in d. §. qui alieno, & in d. l. licet, & facit l. quotiens. ff. de iur. iur. & l. si patronus ff. eod.


QVAEST. PRIMA XIII. QVAEST. Principalis.

S V M M A R I V M.

1 *Persona sanctæ, & exemplaris uitæ potest examinare testes, didicitis testificatis super eisdem, uel directe contrarijs.*

2. Limi-

2 *Limitatio ad cap. fraternitatis,& cap.intimauit, de testibus, & ad clem finalem eod.tit*
3 *Testes legalissimi,& probatæ uitæ possunt examinari, didicitis testificatis super eisdem, uel directe contrarijs.*
4 *Rescriptum uitiatur ex surreptitia impetratione, etiam si obtinens sit uir sanctus.*
5 *Testis unicus non probat,etiam in summa dignitate constitutus.*
6 *Actore non probante,reus absoluitur, etiam si sit actor homo legalissimus, & reus homo nequissimus,ad intellectum l.qui accusare,C. de eden.*
7 *Iudex in causa propria, & suorum esse potest persona legalis, & sanctę uitæ.*
8 *Consanguineus frater,uel domesticus bonæ conditionis,& famæ,est idoneus testis pro alio consanguineo,uel coniuncto.*
9 *Iudex spectabilis uitæ non potest recusari ut suspectus.*
10 *Victus approbatæ fidei non condemnatur in expensis.*
11 *Fallit in casu l.diffamari.C.de ingenuis.*
12 *Custos carceris excusatur, si carceratus,qui aufugit, erat homo nobilis, uel bonę conditionis,& famę.*
13 *Tutor non tenetur satisdare rem pupilli saluam fore,si sit persona legalis, & honesta.*
14 *Pauper potest esse tutor, uel curator, si sit uir probus.*
15 *Intellectus ad l.legitimos,ff.de legitimis tutoribus.*
16 *Fideiussor reputatur idoneus, si est probatę fidei, licet non sit admodum soluendo.*
17 *Vbi declaratur.*
18 *Reus honestæ uitę cauere debet de iudicio sisti.*
19 *Intellectus ad l.Ad bestias.ff.de pęnis.*
20 *Iuramentum calumnię non pręstatur per personas probatę fidei, conditionis,& famę.*
21 *Probatio fidei, & honestas uitę,quando consideretur,uel non.*
22 *Religioso non creditur sine iuramento,quia offenderetur regula iuris.*
23 *Iuramentum calumniæ,quomodo remitti posit, ad l. secundam.§. sed quia ueremur,C.de iuram.calum.*



SED iuxtà prædicta quæri potest; an, sicut patroni, & parentes iuramentum deferentes, iurare non tenentur de calumnia,hoc extendi posit ad personas legales,bonæ conditionis,& nominis.

Et pro parte affirmatiua facit notabile dictū Bald. in cap. iurauit, nume. 8. de probatio. vbi dispositio
1 cap.frateritatis,† & cap.intimauit,de testi. & clemen.fina.de testibus, quod didicitis testificatis, non possunt examinari alij testes super eisdem,

dem,vel directo cõtrarijs, procedit, extenditur,& habet locum in persona sanctæ,& exemplaris vitæ,ita vt in eo cesset timor subornationis.

3 Vel testes† examinandi essent adeo integri,& legales,vt non paterentur subornari: quod dictum,& pro notabili commendat Ias. in l. iubemus,nu.8.C.de iudic.Ioan.Lup.in cap.per vestras.§.7.nume.14.de donat.inter virum,& vxor.

4 Secundò† pro hac parte facit aliud notabile dictum Bal.in cap.1.in fi.vt lit.pend.vbi subreptitia impetratio vitiat rescriptũ,ēt si ille,q̃ obtinuit,sit vir sanctus, vt ibi fuit Thom.Cantuarien.vnde propter meritum vitæ nõ est recedendum à iuris dispositione,vt ibi Bal.colligit.

Tertio facit id,quod no.glo.in l.illicitas.§.illicita,in verbo, cõcutiẽdos.ff.de offic.præsid.quod multi accedũt ad nos,sub vestimẽtis ouiũ, intus autem sunt lupi rapaces.

Quæ conclusio est hodie notabilis contra custodes carcerum , qui assignãt plura nomina,quàm sint carcerati.Contra extrahẽtes granum, qui mediante licentia, exttahunt plus debito.

5 Quarto facit,† quia Testis vnicus non probat,etiã in summa dignitate cõstitutus.glo.in Cano.ego solis,dist.9.in cap.sicut,de sent. excõmunic.Abb.in c.constitutus,de appellat. Ias.in l.admonendi. nu. 189. de iur.iuran,Feli.in cap.post cessionem,col.4.de probat.Ant.Gabr.de testi.conclu.1.amplia.6.nu.15.

6 Et ex hoc †deciditur illa notabilis quæstio, quam indecisam reliquit Aul.Gel.lib.14.cap.2.Noct.Attic.vbi vir bonus,qui Romæ tẽpore suo reputabatur legalior omnibus illius seculi,egit contra hominem omnium illius sęculi nefandissimum, qui negauit debitum petitum. Et áctor vir optimus,& ab omni mendacio alienus, nihil potuit probare, an ei,stante maxima legalitate sit credendum,vel reus absoluendus, ex regula.l.qui accusare.C.de eden.& Aul.Gell.in citato loco reliquit indecisam,dicens non esse bene informatum,sed Ias.in d.l. qui accusare, nu.5.in fine,tenet reum absoluendum , & sic regulam.l. qui accusare, procedere,datis duobus penitus contrarijs extremis,maxima legalitate actoris,& maxima nequitia rei,& tamen non alteratur iuris dispositio.

Facit textus,& ibi glo.in Cano.ego,distinct.9.vbi non creditur Regi quantumcumque honesto,in cap.cum dilectus,de fid.instrum.

7 Pro cõtraria† parte facit, quòd dispositio.l. qui iurisdictioni. ff. de iurisdict.omn.iud prohibens quẽquam iudicare posse in causis suorũ, non procedit in persona legali,sanctæ,& spectabilis vitæ, prout Monachus Carthusiẽ.vel hodie in venerabili fratre Bernardino de Colle petratio Tudertino,Capuccino,qui veræ sanctitatis,& integritatis speculum iure merito appellari põt. Spec. in tit.de iudic.delega.§. superest, ver.quid si cõsanguineus. Dicunt singulare scribẽtes in d.l.qui iurisdictioni,vbi Alex.& Dec.ambo limitat.6.& hic nu.19.Ias.limit.12.

8 Secundò facit,† quòd licèt consanguineus, frater, vel domesticus, nõ sit idoneus testis pro alio consangu ineo fratre, vel domestico, Cano. 2. & Cano. accusatores. 3. q. 5. tamen hoc fallit in consanguineo bonæ cõditionis & famæ, honestæ vitæ, & summæ religionis, vt Monachus sanctæ Mariæ Oliueti, prout exemplificat Ioan. de Imol. in cap. cum R. Canonicus, de offic. deleg. dicit multum singulare Ias. in repet. admonendi. col. 74. de iur. iurand. consi. 175. col. 5. ver. similiter, volu. 2. latè Feli. in cap. super his, colum. fina. versi. facit. de accusatio. Ana. in cap. cũ oporteat, colum. 2. versi. adde, eod. titu. Zas. consi. 2. nume. 23. volu. 2. Grammat. consil. ciuil. 66. colum. 7. Ant. Gabr. de testib. in familiari loquẽs, conclu. 10. nume. 19. limitat. prima. & in consanguineo loquens, conclu. 13. nume. 3. limit. prima. & de fratre loquens conclu. 14. nu. 2. limit. prima.

9 Tertiò facit † quod habetur per Butr. & post eum per Dec. in cap. postremo, de appellat. quod licet coniunctus possit recusari, vt suspectus in iudicem impetratus, tamen hoc fallit in coniuncto spectabilis vitæ, & integritatis, boni nominis, & famę.

10 Quartò facit,† quòd si litigans cum aliquo est vir magnæ, & approbatæ fidei, quamuis succumbat, non debet in expensis condemnari, ratio, quia non est verisimile quod calumniose litigauerit. Hostien. in c. finem litibus, colum. pen. de dol. & contumac. & ibi sequũtur Io. And. Butr. & Anch. Ias. post Alex. in l. properandum. §. sinautem alterutra, nume. 10. limit. 4. C. de iudic. dicens, hanc esse singularem limitationẽ Felin. in cap. super his, in fine, de accusatio. Socin. regu. 139. Ias. consil. 270. colum. 6. lib. 2. Barbat. in rub. de fid. instrum. colum. 38. consil. 3. colum. 16. post princ. lib. 2. Ias. in l. admonendi. in repetit. colum. 74. de iur. iurand. in l. 1. colum. 2. ff. de eo, per quem fact. fuer. Crauet. de antiquitat. temp. part. 1. versi. quod in libro officialis, nu. 16. fol. 101. & cõsil. 319. sub nu. 1. Riminal. consi. 270. nu. 13. lib. 2. Asin. in pract. §. 32. cap. 2. limitatio. 13. Sebast. Medi. de regu. iur.. regu. 7. in fi. oper. lim. 10. Seraf. priuileg. 13. nume. 38.

11 Nisi in† casu l. diffamari. C. de ingen. & manumiss. vt ibi limit. Bartholom. Blarer. cap. 5. nume. 41.

12 Quarto pro† hac parte facit, quod custos carceris excusatur, si carceratus, qui aufugit, erat homo nobilis, vel bonæ cõditionis, & famæ. Angel. in l. si à bonæfidei, per illum tex. ff. de rei vendicat. de quo latè dixi in tract. deposit. tit. de culpa deposit. limit. 5. vbi videre placeat.

13 Sexto facit, quod tutor tenetur satisdare rem pupilli saluam fore, tamen hoc limitatur in persona multum fida, & honesta, cui remittitur satisdatio, vt per illum textum not. Bal. in l. legitimos, in secundo, & tertio notabili. ff. de legitim. tuto. vbi Bald. instruit iudices, vt in eorum decretis mentionem faciant, quod ex honestate, & propter eius integritatem

gritatem remittit satisdationem, Anto. Piag. de tutor.quæstio.7. nume.28.limit.4.

14 Ampliatur hoc† dictum, vt si tutor sit pauper, sed vir probus, poterit esse tutor, vel curator, Corn.consi.198.nume.8.ver. nec obstat tertio loco, lib.1.& insuper erit alendus de bonis pupilli, quando non habeat vnde se alat, l.à tutoribus, §.fina.ff.de admin.tuto. & insuper salarium constitui debet arbitrio iudicis, Bald.in l.1.nu.4.ff.mand. dixi ad tract.de locat.& conduct.part.1.titu.de administra.tut.Firmia.in verbo Honestas.

15 Vnum non† omittam in discursu d.l.legitimos, quia non remittitur patrono satisdatio absolute, sed tantum si sit persona honesta, vel patrimonium sit modicum, secus si persona patroni sit vulgaris, uel patrimonium sit magnum. Cur non fit iste discursus in præstando iuramẽto calumniæ: si enim lex non confidit de patrono, persona vulgari, uel in negotio arduo, vel notabilis quantitatis, cur non iurat de calumnia.

Nota tamen Bald.ad propositum præsentis indagationis, vbi licèt textus loquatur in persona patroni honesta, tamen ibi Bald. extẽdit ad alias personas, cũ quibus cõcurrat honestas, prout in præsenti facimus.

16 Septimo† facit quod not.Paul.Castren.in l.si quis stipulatus sit stichum, §.fin.nu.2.de verb.oblig.dicens esse singulariter notandũ, quòd vt fideiussor sit idoneus, non tantum inspiciuntur facultates, sed fides, & probitas: subdens vnum, quod verum esse docet experientia rerum magistra: quod sunt multi, qui nihil habent in bonis, nunquàm tamen deficiunt in fide, vt credito, & promissionibus eorum, & ista est publica vox, & fama, nec tales poterunt recusari, tanquàm minus idonei, immo in locis, in quibus sunt approbatores publici approbari. & si pars recuset, potest conueniri actione iniuriarum: & è conuerso, multi sunt abundantes facultatibus, tamen in ore ipsorum non reperitur veritas, nec curant rumpere promissa, euntes semper per cauillationes, & subterfugia: certè tales non possunt dici idonei. sequitur ibi Ias. dicens notabile, & menti tenendum. idem Ias.in l.1.limit.3.nu.5.ff. qui satisd.cogantur. facit ad prædicta glo.notabilis, & ab omnibus commendata in l.1.§.his autem, in glo.2.de ripa muniendi. vbi virtus animi habetur pro satisdatione; per quam dixit Bal.in cap.2.nu.8. in fine, de iudic.quod licet œconomus sit suspectus si sit coniunctus Episcopo, tamen fallit, si sit probatæ vitæ. Eandem glo.notabilem, & stupendam dixit Barbat.in cap.coram, in vltima col.de offic.delega. & in c. cũ R. Canonicus, eo.tit.Feli.in c.ad hæc, de senten. excom.

17 Contrarium tamen† in hoc dicto Paul.Castr.tenet Alex.in d.l.1. colum.1.versi.item limita.ff.qui satisd.cogantur, ea vrgenti ratione, nam si moreretur talis fideiussor sic fidelis, & probatæ vitæ fortasse hæres suus non erit talis, & sic præiudicabitur obligationi, quia sæpe succedit

legali,homo malus.Bal.in l.generaliter.in 2.notab.C.de rebus cred. & meliùs, vltra alios facit Bal.in l.1.in 2.lectura.num.15.de iudic.dicens quod iurisdictio accidentalis non transit in hæredem,etiam si sit filius, quia non est eadem persona patris & filij in prudentia, neque in fide, immo à communiter accidentibus nimis sapiens generat stolidos,vt patet in Roboan filio Salomonis. Vnde iuramenta fidelitatum renouãtur à filijs,quia nescimus quales futuri sint.

Vnde in prouerbio erat apud antiquos HERΩVM filij noxę: vnde Euripides in Heraclidis. Vnum forsan inter plurimos inuenies,qui patre nõ fit nequior.Homer.in Odiss. E. Aequat rara patrem soboles: sed plurimi ab illis degenerant, pauci superãt probitate parentẽ. Vnde declamat Aelius Spartian.in Cæsare,multis exemplis declarans, ita ferè vsu venisse,vt viri virtute,seu literis, seu fortunæ indulgentia insignes,aut nullos penitus habuisse filios,vel tales,vt melius esset non habere. Pulchrè Sylu.Nuptial.lib.2.sub num.115.vbi limitat in proditoribus,quorum defectus transit in filios,& Alex.opinionem cõtra Castren.in prædicto casu confirmat Marsi.de fideiuss. nu.239. dicens ita obseruandum in facti contingentia.

18 Facit quod† vult Bald.in Rubr.de eo, qui mitt. in possessionem rei seruan.caus. quod reus honestæ vitæ,probatæque fidei, tamen cauere debet de iudicio sisti.

19 Vltimo facit† in hac materia,quia propter excellentiam hominis receditur ab omni iure ab omnique statuto.l.ad bestias.ff.de pœnis, bonus tex.in l.scire oportet,§.amplius,in versi. valde disciplinatos.ff. de excus.tut.per quem tex. limitatur regula.l.semper.ff. de iur. immunit. & l.fi.C.de tiron.lib.12.cap.1. de maior. & obed. quod in dignitatibus,& honoribus antiquior præferatur. Tamen hoc fallit,si iunior virtute,& probitate excedat seniorem,vt per Bald.in d. ver. quem valde cõmendat Alex.in l.cum quid.nu.6.ff. si cert.peta. de commun. opin. lib.1.tit.5.inspect.1.cas.1.nu.17.

Ad idem in materia Brun. de forma,fol.81. col.1. in fin.Ant.Gabr. de testb.concl.vlt.nu.149.

Et hæc secunda opinio mihi videtur verior,& sic dispositio.l.iusiurandum,& ad pecunias.§.qui iusiurandum,limitans,patrono, & parentibus remitti iuramentum calumniæ,extenditur ad quascunque personas boni nominis,probatæ fidei,& conditionis,& famæ.

20 Et ad illud,† quod pro contraria parte adductum fuit, quod dispositio cap.fraternitatis,pcedat in homine bonæ cõditionis, & famæ, & in teste legalissimo,põt responderi,quod contrarium est verius, Seisell. in l.1.§.per procuratorem,col.2.ff.de acq.possess.Ias. consi.170.col.5. volu.2.Marian.in c.fraternitatis,col.pen.casu 54.Marsi. in l.1.§. si quis vltro.col.4.& seq.de quæst.Feli.in cap.causam,quæ.in fine,de offi.de-

leg.

lega.in cap.2.col.5.de probatio.glo.consuetud.Biturigen. fol.59.idẽ propter dignitatem personæ,Marsil.hoc admodũ cõmẽdans sing.488. cõsi.1.nu.75.latè Ias.in l.iubemus.C.de iudic.Io.de Arno. soliloq.34.

21 Et pro †magistrali doctrina in hac materia,distinguitur,& ex hac distinctione adhærebis illi opinioni,quæ magis placebit:scilicet,aut est qualitas,quæ per qualitatẽ bonã purgari põt,& tunc uitæ honestas, & ꝓbatio fidei multũ operatur,ꝓut suspitio,& similia.Aut sumus in casu,in quo offenderetur iuris dispositio;& tũc nõ debet ex sanctitate vitę offendi iuris dispositio.vnde vitiũ subreptionis nõ purgatur,ẽt si ille,qui obtinuit esset vir sanctus,vt dictum est. Bald.ita dicit sub compendio verborum,in c.iurauit.col.3.ver.item esto,de proba.in cap.1. in fi.vt lite pend.Dec.in c.postremo,in fine,de appellatio. & in l. qui iurisdictioni,limit.6.nu.19.de iurisd.omn.iud.

22 Et facit†c.nuper, de testib.vbi religioso non creditur sine iuramento, quia offenderetur regula iuris. Posset ẽt dici,qđ si simus in casibus in qbus cadit naturalis affectio,tũc ꝓbitas vitæ nihil operatur, quia ratio naturalis pręualet,l. qui habet.ff. de tutel.l. tutor,§. quæ tutoribus. ff.de excus.tut.§.sed naturalia,Instit.de iur.natu.gent. & ciuil.

23 Ex prædictis†postea infertur ad text.in l.2.§.sed qa veremur.C.de iura.calum.vbi dispositũ videtur,ꝙ iuramentũ calumniæ,de iure codicis nemini remitti põt,cũ respiciat publicã vtilitatẽ: tamen hoc nõ habet locũ in patrono,& parentibus,& alijs personis superius expressis, & nominatis,quibus à lege remittitur.Vnde dum queritur, an iuramẽtum calumniæ remitti posit, distinguendũ uidetur, aut loquimur ab homine,vel à lege. Primo casu remitti non potest;secundo casu sic.

Et sic lex noua generaliter corrigens, non intelligitur corrigere in personis specialibus,in quibus lex antiqua aliquid specialiter disposuit,latè Ias.in l.sciendum,nu.5.ff.qui satisd.cogantur.

QVAEST. II. XIII. QVAEST. Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Filius in delatione iuramẽti litis decisorij nõ tenetur iurare de calumnia.*

1 SED persequendo †intelligẽtiã d.§.qui iusiurãdũ, nũqu iđ, sicut patri remittitur iuramentũ calumniæ in delatione iuramẽti litis decisorij,ita ecõtra remittatur filio? vtique sic,ratione æqualitatis seruandæ.ita tradit Bart.in d.§. qs iusiurandũ.alleg.tex.in c.1.§.sacramentum,de cõsuet.recti feud.idem tenet Alex.ad Bart.in l.2.litera D.C.de iuram. calum.

Sed conſidera, quia videtur ſatis diſpar ratio: nam magis confidit lex in patre erga filium, ut nullo modo præſumatur calumniari, quæ ratio ceſſat à filio in patrem, vnde cogitandum videtur.

QVAEST. TERTIA XIII. QVAEST. Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Contractus facti in eccleſia non ualent.*
2 *Iuramentum litis deciſorium non poteſt præſtari in eccleſia.*
3 *Vbi declaratur.*

SED vlterius inſiſtendo circa materiam. §. qui iuſiurandum, quæro, an iuramẽtum litis deciſorium poſſit præſtari in eccleſia?

1 Pro parte † negatiua facit tex. l. 2. C. de ſacroſ. eccleſ. vbi ſecundum vnam lecturam, cõtractus facti in eccleſia non valent.

Pro contraria parte facit l. generaliter. §. fin. C. de iureiur. ibi ſacroſanctis eccleſijs, ſiue oratorijs. vbi Accurſ. exponit, ideſt altari.

2 Bart. in d. l. 2. diſtinguit† duo tempora in præſtatione iuramenti: Primum eſt, diſceptatio, & contentio, an ſit locus iuramento, vel non, & quia hoc eſt ſtrepitus iudiciarius, in eccleſia fieri non poteſt. Secundũ tempus eſt ipſe actus iurandi, & tunc in eccleſia fieri poteſt, quaſi ſit executio ſimplex ipſius, & hanc eandem opinionem tenet Caſtren. in l. iuſiurandum, & ad pecunias. ver. ſi de qualitate. de iur. iuran.

Contrarium crederem verius, ex cap. decet, de immunit. eccl. lib. 6. vbi prohibetur omnis actus iudiciarius, ſed iuramentum eſt de proceſſu, meritò præterea difficile eſt ponere in practica diſtinctionẽ Bar. quia ſtatim facta declaratione iudicis eſt iurandum, ita vt ſi ponatur aliquod temporis ſpatium, multa ſæpè impediunt, vnde exeundo de palatio ad eccleſiam poſſent multa interuenire.

3 Quare crederem† diſtinguendum, aut loquimur in iuramento extraiudiciali, de ſtando, ex partium conuentione, & tunc in eccleſia fieri poterit, cũ cõtractus facti in eccleſia valeant in ſe, licet peccent cõtrahentes, ut ibi declarat Ioan. Monach. nu. 6. & ea quæ ſunt uoluntariæ iuriſdictionis, l. 1. & 2. C. de his, qui in eccleſ. manumittuntur.

Aut loquimur in iuramento iudiciali, & iſtud non poterit præſtari in eccleſia, quia eſt de proceſſu, qui in eccleſia prohibetur, & omnino annullatur.

Et ſic

Et sic sequitur, quod licet iuramentum in se sit spirituale, tamen, quando iudiciale est, & à processu dependet, & sumus inter laicos, non potest in ecclesia exerceri.

QVAEST. IIII. XIII. QVAEST. Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum litis decisorium, die feriata in honorem Dei præstari nõ potest.*
2 *Potestas, qui iurauit seruare statuta die festiuo in honorem Dei, contraueniendo non est periurus.*
3 *Intellectus ad tit. authentic. iusiurandum, quod præstatur ab his. & authentic. hodie, C. de iudicijs.*

1 SED nunquid tale † iuramentum præstari poterit die feriata in honorem Dei? Vtique non, quia præstatio iuramenti tali die facta est nulla, cap. 1. in fine, de ferijs. † Vnde potestas, qui iurauit seruare statuta
2 in die festiuo in honorem Dei, non est periurus, si ea non obseruat. Ferrat. Cautel. 3. communiter per Italiam. Quod male obseruant ciues Tudertini, qui & concilia publica, & inuestituras officialium faciunt die feriato in honorem Dei.
3 Et sic† patet declaratio ad titu. Authen. iusiurandum, quod præstatur ab his, & Authen. Hodie, C. de iudic. vt præstari non debeat in die feriata in honorem Dei. Ferret. de treug. & pac. nume. 119. Borgni. loquens in iuramento contractui apposito die festiuo, decisio. 9. nu. 32. vbi testatur vidisse annullatam donationem inter patrem, & filium, ex iuramento die feriato interpositum. Manos, loquens de iuramento testis die feriata in honorem Dei, commissio. 13. in verbo, ferijs, q. 4.

QVAEST. QVINTA XIII. QVAEST. Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum litis decisorium in domo pręstitum, non valet, nisi persona sit egregia.*
2 *Episcopus habet tria priuilegia; non admittitur ad testimonium dicendum, non cogitur, non iurat; & transmittitur ad eum ad recipiendũ eius dictũ.*

3 *Idem*

3 *Idem in presbitero, & diacono.*

4 *Mulieres non coguntur uenite in palatium ad iurandum, sed transmitti debet ad domum ipsarum.*

5 *Senes non coguntur uenire in palatium, ad iurandum, sed debet transmitti ad domum ipsorum.*

6 *L. semper, ff. de iure immunitatis, ornatur.*

7 *Senex sexagenarius pro debito ciuili capi, & carcerari potest.*

8 *Doctores legum non coguntur iurare in palatio, sed transmitti debet ad domum ipsorum.*

9 *Vbi declaratur.*

10 *Pauper nobilis, qui sine uerecundia de domo exire non potest, non cogitur ire in palatium, sed debet transmitti ad domum ipsius.*

11 *Verecundia, pacta non seruare, & qui propter uerecundiam non obseruat, excusatur.*

12 *L. ad egregias, in quibus casibus procedat.*

13 *Valetudinarius, quis dicatur.*

14 *Infirmus, quis dicatur.*

15 *Mulier prægnans, an dicatur infirma.*

16 *Vbi declaratur multis modis.*

17 *Debilis, an dicatur infirmus.*

18 *Infirmitas, quæ dicatur.*

19 *Infirmitas, quomodo probetur.*

20 *Priuilegio l. ad egregias, an renunciari possit.*

21 *L. Ad egregias. ff. de iure iu. an requirat partis citationem.*

22 *Fallit in muliere.*

23 *L. ad egregias, cuius sumptibus loquatur.*

24 *Iudex, an cogatur transmittere ad egregiam personam, pro examine, uel iuramento recipiendo.*

1 QVAERO, an iuramentum † litis decisorium in domo præstitum valeat? certè nõ, nisi persona sit egregia, vel legitime impedita, iuxta l. ad egregias. ff. de iur. iuran. vnde in vrbe Romæ practicatur, ad videndum committi receptionem iuramentorum egregiarum, & impeditarum personarum. Vestr. in practi. lib. 6. cap. 2. num. 11. & solet transmitti actuarius. Luc. Pet. lib. 2. cap. 5. nume. 24.

2 Hinc postea † infertur, quòd Episcopus habet tria priuilegia: Primo, non admittitur ad testimonium dicendum: secundo non cogitur: tertiò non iurat: addo & quartò, ꝙ transmittitur ad eum ad recipiendum eius dictum. l. nec honore, Authen. sequen. C. de episc. & cler. tangit Federic. Schen. in tract. de testi. in princ. nu. 4.

Amplia-

3 Ampliatur, vt† id, quod dictum est de Episcopo, habeat etiam locũ in presbitero, & diacono. Specu. in titu. de test. §. quid de presbitero. Menoc. de arbitr. casu. 70.

4 Secundo mulieres† non coguntur venire in palatio ad iurandũ, sed debet transmitti ad domum ipsarum: ita gl. in d. l. ad egregias. per textum in l. 1. C. de offic. diuers. iudic. & Authen. hodie nouo iure, C. de cust. reorum. nec requiritur citatio partis, cum hoc non sit honestum, Campeg. de testib. reg. 165. limit. 5.

Quod obseruatur in nobilibus, & puellis, sed viles personæ, & rusticæ, & similes, accedunt, iurant, respondent articulis, prout & masculi.

5 Tertiò senes† excusantur. Vnde pro iuramento præstando ad domum ipsius senis accedendum est, vt tradit glo. in d. l. ad egregias, per textum satis notabilem, in §. hinc nobis, Authen. de hęred. & falcid. ibi, natura, dignitas, qualitas, ætas; vbi glo. in verbo, qualitas, idest senectus. Vnde senes inuiti non coguntur ad testimonium ferendum, l. inuiti. ff. de testi. Id autem omne remitterem iudicis arbitrio, de quo sene, in qua ætate intelligatur, vt in materia testimonij ferendi benè considerauit Crot. ad materiã, d. l. inuiti, in tract. de test. part. 7. nume. 261. Et quomodo senex intelligatur, ponit Menoch. de arbit. iudic. lib. 2. centur. 1. cas. 59. vbi ponit conclusionem, quod in casibus a iure non expressis, senex dicatur arbitr. iudicis. Et vt plurimum tamen Doctores in hoc conuenire videntur, vt excedat annum 70. ex textu ad hoc notabili in l. 3. ff de iur. immunit. & ita Butr. in cap. quoniam frequenter. in princ. vt lit. non contest. Tancred. in compend. q. 22. Duenn. regu. 259. sub nume. 6. vel qui negotio, de quo agitur, superesse nõ possit: idem Menoch. lib. 6. præsumpt. 46.

6 Et sic† licet multa sint seniorum priuilegia ad ornatum. l. semper. ff. de iur. immunit. quam multum commendat Panor. in cap. statuimus, in 2. notab. de maior. & obed. Felin. in rub. & cap. 1. eod. titu. pulchre, qui à nemine ad hoc propositum allegatur, Luc. de Pen. in l. decurio. C. de decur. lib. 10. & in l. tirones, C. de tironi. lib. 12. Tiraq. qui eum non allegat, de pęn. caus. 8. Sfort. de restit. q. 80. nume. 119. Duenn. regu. 259. Iul. Clar. §. fin. q. 60.

Illud addi potest, vt dispositio. l. ad egregias. in eo locum habeat, & sic pro iuramento recipiendo accedendum sit ad domum ipsius, nec cogatur in palatium venire.

Hoc autem de consuetudine non seruatur, vt testatur Angel. in d. l. vbi Ias. sub nu. 9. col. 2. in fine.

Ego autem libenter accederem cum opinione Ioan. Crot. & Iacob. Menoch. remittendo id omne discreto iudicis arbitrio, iuxta qualitatem causæ, personæ, litigantium, & ætatis, si senex est nobilis, vel prout nobilis laudabiliter viuens, in qua ætate sit, qualitas cau-

ſæ, quas circunſtantias habeat, & ſimilia.

7 Vnde apud † Senatum Pedemont. fuit in publica audiẽtia decisũ à Se renisſimo Duce, deciſ. 123. ſenem ſexagenarium tantum, pro debito ciuili capi, & carcerari poſſe: ea ratione, quia ſenex non reperitur in hoc priuilegiatus; ſi capitur, & carceratur, poterit etiam cogi venire ad palatium ad iurandum tantum, & quandoque magis prodeſt præſentia iudicis in audiendo reſponſionem, quàm factum indiſcreti notarij recipientis.

8 Quartò, legum doctores excuſantur, vt ſit tranſmittendu m ad eorũ domos, iuxta l. medicos, C. de profeſſ. & medic. lib. 10. quæ ſecundum Bart. ibi, procedit in Doctoribus actu legentibus, ſiue ſint Doctores iuris ciuilis, ſiue iuris canonici, vt per Alberic. in d. l. ad egregias; Pariter in Aduocatis Reipublicæ, vel fiſci, Bart. in l. 1. de aduocat. diuer. iudic.

9 Ego crederem idem † in Doctore actu exercente aduocationem in patria, per ea, quæ not. Port. in §. item Romæ, ſub num. 3. Inſti. de excuſ. tut. & hoc verum in Doctore ignobili, & plebeio, Anto. Taſſa. de error. not. cap. 25. fallit in familia, quæ non gaudet hoc priuilegio, de conſuetudine, vt no. Ang. Alex. & Iaſ. ad d. l. ad egregias, vbi Iaſ. nu. 11.

10 Sed proſequẽdo † materiam l. ad egregias. quæro, eſt pauper, & nobilis, qui ſine verecundia non valet de domo exire; an ſit locus diſpoſitioni l. ad egregias? Vtique Roma. tenuit quod ſic, atteſtans Dominos Rotæ, ita iudicaſſe, per glo. in cap. ſi quis teſtiũ, de teſtib. ſing. 173. item quæro. Antò. Taſſar. de error. not. cap. 24.

Addo bonum textum in l. in ea, in fin. ff. ex quibus cauſ. maior. per quem ita tenet glo. magna, in princ. ff. de teſtib. Cępol. in tract. de imper. milit. eligend. priuileg. 33. & 34.

11 Et facit recepta concluſio, † quod, ſicut verecundia eſt pacta nõ obſeruare, ita propter verecundiam ſi non obſeruat, excuſatur. Bart. & ibi Alex. in additio. in l. pecuniæ, in fin. ff. de alim. legat. in l. ſi fideiuſſor, in fin. ff. de fideiuſſ.

Ab hac tamen opinione diſſentit Iaſ. in d. l. ad egregias, quia hoc priuilegium non conceditur ob verecundiam, ſed ob dignitatem. Feli. in cap. ſi qui teſtium. col. 3. de teſtib.

Verior tamen mihi videtur Rom. opin. quæ habet magnam æquitatem ratione verecundiæ, quæ in iure eſt admodum conſiderabilis.

12 Illud nõ † omittam ad materiam l. ad egregias, quia procedit in perſona egregia, non in ſimplici nobili, & in hoc multi decipiuntur. Ita declarat Io. Arze ab Otalora Granatenſis in tracta. Nobilitat. par. 5. principa. c. fi. nu. 16. ver. item ad eos tabellio.

13 Sexto quæro, † ad materiam l. ad egregias, in verbo, valetudine, quis dicatur valetudinarius? & multæ in hoc fuerunt opiniones. Vna fuit Ioan. Andreæ, in cap. quoniam frequenter, vt lit. non conteſt. vt vale-

tudi-

tudinarius dicatur, cum contra naturam morbo aliquo laborit, verũ hæc declaratio perplexa, & obscura est.

Altera fuit opinio Inno. dicentis, valetudinarium dici, qui propter corporis debilitatem infirmus est, sed laborat aliqua febre acuta, attamen & hæc obscura, & difficile scire possumus.

14 Tertia fuit† opinio, infirmum, quem dicere debeamus, à iudicis arbitrio pendere. Bald. in Authen. sed si quis ab aliquo, nume. 13 C. de testib. Luc. de Penna in l. vnic. col. 2. C. de mendic. valid. lib. 11. Socin. sen. consi. 244. col. 4. lib. 2. Marsil. in l. quæstionis modum nume. 19 de quæst. Menoch. de arbit. iudic. lib. 2. centur. 1. casu 60 nu. 5.

Addo, quod hæc est vera, & communis opin. Siluest. Aldobrand. ad §. item propter, Insti. de excus. tut. Sfort. de restitu. in integr. q. 11. articu. 8. nume. 36.

Vnde qui frequenter ægrotat infirmus dici potest, Geminia. in cap. 1. de cleric. egrot. lib. 6. Soci. in c. quoniam frequenter, col. 3. ver. 3. declaratur, vt lit. non contest.

15 Secundo inter †infirmos enumeratur mulier prægnans, sed in contrarium ex vi verborum, sentit text. in l. 2. §. sed etsi non propter. ff. si quis cautio. vbi I.C. ponit tanquàm diuersa, prægnantem, & valetudinariam, licèt in effectu excusationis ibidem parificentur. Ego addo bonum text. in l. quæritur. ff. de ædilit. edict. vbi mulierem prægnantem sanam appellat, & ibi not. Veronen. not. 4. nume. 8. & ibi I. C. dat pulchram rationem, quia præcipuum munus mulierum est concipere, & conceptum tueri.

Excusatur tamen, vtcumque sit à iudicialiter comparendo, & hoc sufficit quoad casum l. ad egregias.

16 Ampliatur etiam† durante puerperio. Bald. in l. prægnantis. ff. de pœnis. Bald in l. Imperator, la secunda. ff. de stat. homin.

Limita in grauida paucorum dierum. Ias. in l. d. l. 2. nu. 6. per l. quæsitum. ff. de re iudic.

Limita in muliere rustica, quæ fert onera, nec ita partus curã habet. Fulg. in d. l. 2. per l. si longius. ff. de iudic. & passim experiẽtia docet.

17 Tertiò, inter† infirmos enumeratur debilis, Feli. in cap. quoniã frequenter, nu. 6. vt lit. non contest.

Quod credo verum, cum debilitas à mala corporis valetudine procedat, aliàs non, cum infirmitas à debilitate differat, vt colligitur ex rubri. de cleric. ægrot. vel debilit.

Vnde debilitatus is dicitur, cui membrum aliquod abscissum est, vt in cap. 2. de cleric. ægrot. vel debilit.

Vel potius debilitatus. cui officium alicuius membri impeditur. Bar. in l. 2. in fin. ff. de public. iud. Dec. in l. 1. nu. 23. C. de ser. fug. meliùs in cap. si pro debilitate, nume. 2. de offi. dele. pulchrè Ang. in l. non solum,

num. 1. ff. de rei vendic.

Quare corpus dicitur debilitatũ, quando deficit aliquod membrum ipsi corpori. Membrum autem dicitur debilitatum, si primæua natura lis operatio impediatur. Bal. in l. si fugitiui. C. de seru. fugit. cum alijs superius adductis, Menoch. de arbitr. iudic. caſ. 60. nu. 15.

Ego addo bene loquentes Ang. ad Bar. in l. nominationum, nu. 5. C. de decur. lib. 12. in l. 2. C. qui morbo. se exc. lib. 10. Alex. ad Bart. in l. facultas. C. de iur. fisc. lib. 10. Bonacoſſ. in verbo, Debilitatio membri.

Et datur membrum deformatum ex aliqua percuſsione, non tamẽ dicetur debilitatum, vt pulchrè no. Ang. per illum tex. in l. non ſolum. ff. de rei vend. vbi bene loquitur. & membrum debilitatũ valet quoad decorem corporis, Sicul. in cap. cum in noſtris, de cõceſſ. præben. vnde multi deferunt pedes ligneos, manus ferreas, dentes hebanos, & ſimilia.

18 Infirmitas aũt† dicitur habitus contra naturã cuiusq; corporis, qui vſum eius faciat deteriorẽ, cuius cauſa nobis natura eius corporis ſanitatem dedit, vt Sabinus ait ad l. 1. §. ſed ſciendũ. ff. de edili. edict. Ripa in tract. de peſt. in princ. nu. 2. Gomeſ. ad regu. cancella. titu. de infir. reſignant. q. 7. ſi igitur debilitatus quis ita ſit, vt illi muneri, de quo agitur, incumbere non poſsit* ſcire nõ poteſt valetudinarius, uel infirmus à paritate rationis diſpoſitio loquens de infirmo, vel valetudinario, habet locum in debilitato, vt in caſu cap. 2. de cleric. ægrot. & cap. ſi qui teſtium, de teſtib. quo conſtitutum eſt, ita debilitatos, eſſe domi examinandos, vt ſunt examinandi valetudinarij, & ſenes, ipſi ſic videmus debilitatum excuſari à muneribus, quæ corpore implenda ſunt. l. 2. §. corporis debilitas. ff. de excuſ. mune. ſic debilis excuſatur à munere cognoſcendi, & iudicandi. Hinc ſi debilis delegatus ſit, ſubdelegare poteſt, cap. ſi pro debilitate, de offic. deleg. quod intelligitur de tali debilitate, quæ illius muneris excuſationem impediat, Iaſ. in l. 1. num. 83. & ibi Riminal. nu. 26. Purpur. nu. 540. de offic. eius. Feli. in d. c. ſi pro debilitate. Gaſpar. Valaſc. ad l. imperium, num. 14. ff. de iuriſd. omn. iud.

Quomodo autem conſtabit iudici, aliquem eſſe infirmum ad effectum tranſmittendi ad domum ipſius pro iuramento recipiendo,

Primo ex fide Medicorum, & hæc pro ſecuriori traditur à Doctoribus communiter, Bart. in l. quęſitum, nume. 6. de re iudic. idem in l. cõtumaciam. §. pœna. ff. eod. nu. 1. Alb. in l. ſi longius, num. 1. ff. de iudic. Maurit. de reſtit. in integ. cap. 339.

Secundo ex aſpectu infirmi, qui, ſi extenuatam faciem habeat, & iuramento proprio coadiuuet, ſatis erit iudici, ut credat illum non leuiter ægrotare. Bart. in d. l. quæſitum, nu. 6. Abb. in c. tenor. num. 2. de re iudic. facit l. minor ex aſpectu. ff. de minor.

Vnde ſolet tranſmitti notarius, & viſa facie eius, uel auditis adſtantibus, defert primo iuramentum ſuper infirmitate, & poſtea venit ad iura-

iuramentū in negocio principali.glo.in cano.fin.4.q.5. quæ ita venit interpretanda. Sfort.de restit.in integ.par. 1.q.11.artic.8.nu.41.

19 Probatur igitur† infirmitas per iuramētum infirmi,nisi aliàs persona infirmi sit suspecta,vt præsumptio sit contra eum. Bald. in l. eum, nnme.7.C.de procur.Rip.de remed.ad curand.pest. col. 26.versi.tertio cas. Maschard.conclu.8.96.sub nu.9.

20 Quæro septimo† ad materiā l.ad egregias,an illius priuilegio, & fauori renuntiari possit? Cin.ad l.nec honore,C.de epis.& cleri.tenuit, quod non,quia non est inductum fauore personæ,sed ratione reuerētiæ. Sequuntur Alberic.& Alex.in d.l.ad egregias.Feli.in cap.si qui testium,col.1.de test.Alex.in l.alia,§.eleganter.nume.3.ff.solu.mat.Roman.sing.172.tu audiuisti,Gomes.in cap.2.nu.45. de iudi. lib.6. eandem opinionē in sua distinctione tenet Coarru.in cap. quāuis,part.2. Relectio.in princ.sub nu.8.

Declara,vt quoad vnicum actum per spontaneam comparitionem renunciari possit,sed quod hoc nō intelligatur in futurū generaliter renunciatū dispositioni illius l.ex unica tantū renunciatione,quæ noceat in futurum in omnibus.Ias.& Coarru.in iam citatis locis.

21 Quæro octauo,† an quando mittitur ad domum pro receptione iuramenti pars debeat moneri ad interessendum,& Bart. in d. l. ad egregias.tenuit quod sic,per l.generaliter.§.his de præsentibus,vers. licentia.C.de iur.iuran.& l.iudices,versi. depositionibus. C. de fid.instru. Marant.de ordin.iudi.in verbo,testium productio, nu.6. vbi inuehit contra non obseruantes.

22 Declaratur,†ut non procedat in muliere,quia ad eam trāsmittitur, absente parte.§.si vero mulier,Authen.ut litigant.iur.

Ego crederem hanc opinionem veram iuxta terminos illius contextus,puta,in moniali,vel simili,in qua ex ordine regulæ,honestas nō patitur,ut homines accedant:secus in alijs mulieribus laicis crederem, ibi,quæ propter honestatem uitæ extraneis personis monstrare non consueuit,&c.

23 Quæro nono,†ad materiam, l.ad egregias, cuius sumptibus trāsmittendum est ad receptionem talis iuramenti?& utique ad ꝑsonas priuilegiatas ex dispositione legis,adegregias,cōibus partiū expensis, cum utriusq; intersit causam finiri,decidi,& terminari. Si uerò ad absentē, qui litigat per ꝓcuratorem,sumptibus ipsius.Spec.de iuram. calum.§. restat,quem commendat Alex.ad d.l.ad egregias,sub nu.4.Gem. in c. præsentium.de testib. lib.6. pulchrè Tholosan. 273. Boer. attestans ita iudicatum, decis. 303. ad quem recurras, quia est bonus locus in materia. Bertach. attestans ita apud Cesenam iudicatum, in uerbo expensæ, Grauat. ad Vestr. libro 6. cap.vlti.nume. 15. & sunt bona loca omnia in hac materia,quę in tribunalibus frequētissima est.

Quæro

24 Quæro decimo,† ad materiam l. ad egregias, an iudex, si nolit, cogatur hoc facere in transmittendo ad domum egregiæ personæ. Vtique, ex verbo, oportet, quod necessitatem importat. Ias. in l. 1. nume. 9. ff. de iusti. & iur. Rebuff. ad l. verbum oportebit, col. 2. in princ. ff. de verb. signific. cogitur igitur iudex facere, habito respectu ad qualitatem personæ.

QVAEST. SEXTA XIII. QVAEST. Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Procurator cum libera deferre potest iuramentum litis decisorium.*

2 *Procurator vniuersitatis potest deferre iuramentum, & alia, quę requirūt speciale mandatum, etiam si uerba id non importent.*

3 *Declara.*

4 *Procurator fisci non potest deferre iuramentum, nec alia, quæ requirunt speciale mandatum.*

5 *Procurator cum libera, non potest in præiudicialibus facere quæ requirunt speciale mandatum.*

6 *Clausula, cum libera, præsumitur apposita de stylo notariorum.*

7 *Procurator, cum libera, potest deferre iuramentum, si causa sit dubia: secus in casu liquido.*

8 *Procurator cum libera potest deferre iuramentum, si habeat liberam in una causa tantum speciali.*

9 *Procurator habens speciale mandatum, potest deferre iuramentum litis decisorium.*

10 *Procurator in rem suam potest deferre iuramentum litis decisorium.*

11 *Procurator Domino præsente potest deferre iuramentum litis decisorium sine speciali mandato.*

12 *Procurator sine speciali mandato, potest deferre iuramentum litis decisorium super incidenti causæ.*

13 *Procurator sine speciali mandato, potest deferre iuramentum litis decisorium, vbi Domino prosit.*

14 *Procurator admittitur cum cautione, de rato.*

15 *Procurator non potest deferre iuramentum litis decisorium cum cautione de rato.*

16 *Intellectus ad l. 1. C. de procurat.*

17 *Cohæres, an, & quando possit deferre iuramentum creditori communi cum alio cohærede, & quomodo alteri cohæredi succuratur.*

QVAERO



VAERO, ad deferendum iuramentum litis decisorium, an procurator admittatur, & cum quo mandato.

1 Prima sit conclusio, †Procurator cum libera deferre potest iuramentum litis decisorium.l. iusiurandum, quod ex cōuentione.§.fin.ff.de iur.iuran. cap. qui ad agendum, in fine, de procurat. lib. 6. vbi æquiparat mandatum cum libera, causæ, & bonorum, & loquitur ad iurandum, l. nam & nocere, iuncta glo.ff.de pact.Ruin.consi.93.nume.6.lib.5. Didac. Varia. resolut.lib. 1.cap.6.nu.3.dicens post Bald.quod mandatum cum libera habet vim specialis mandati, tam in contractibus, quàm in iudicijs. Ioseph.de Ludo.conclu.30. Ampliat.6. Pedem.39. nume. 37. Angel. in l qui bona.§.si alieno.ff.de dam.infect.Riminald.ad §.1.nume.190. Insti.quib.alie.licet vel non.

2 Declara in mandato† vniuersitatis, quia procurator alicuius vniuersitatis potest, etiam si non fuerit expressum, deferre iuramentum, & alia, quæ requirunt speciale mandatum, quia in mandatis vniuersitatum semper intelligitur, cum libera, glo.fina.in l. tam mandato. C. de procu.Ias.post alios in l.præses.C.de transact.

3 Et hoc uerum est,† tribus potissimum cōcurrentibus; primò quod sit electus à populo, vel Concilio repræsentante populum: secus si esset electus à decurionibus, uel alijs officialibus publicis. Bart.in l.iusiurandum, & ad pecunias.§.defensor, vbi Castr.& Ias.ff.de iur.iuran.vbi casus in terminis in materia iuramenti litis decisorij, quod sindicus communitatis, villæ, uel castri potest eum deferre etiam sine speciali mandato, vel cum libera.

Secundo, quod talis vniuersitas habeat territorium, vel tenutam, aliàs secus, vnde sindici, uel procuratores alicuius capituli, vel collegij non possent, nec habent mandatum cum libera, Castrens. in dicto §. defensor.

Tertio, quod sit constitutus ad negocia à tali vniuersitate: secus, si ad ius reddendum, prout in potestate, Ias.ad d.l.præses.nu.10.

Potest igitur sindicus communitatis Castri, vel villæ, iuramentum decisiuum deferre ex simplici constitutione de eo facta sine speciali, vel cum libera, mandato.

4 Subdeclara in procuratore† fisci, qui licet habeat à lege mandatum cum libera, tamen non potest ea, quæ requirunt speciale mandatum. Bal.in l.1.de offic. procur.Cæsar.ubi Bald.dicit quod ille text. multū urget, ut procurator generalis cum libera, non potest domino præiudicare.

5 Subdeclaratur† in valde præiudicialibus, quæ procurator, etiam cum libera, in præiudicium mandantis facere non potest. ea ratione, quia

clau

6 clausula,†cum libera, præsumitur potius apposita de communi stylo notariorum, quàm ex mente contrahẽtiũ. Bart.in l.filiusfamilias,in fine principij.ff.de donatio.quam notabilem dixit Franch.in cap. qui ad agendum,de procurat.lib.6.vtilem,& fructuosam appellauit Anchar. in cap.procurator,de elect.lib.6.auream vocauit Ias. in l. iusiurãdnm, quod ex conuentione.§.fina.col.2.de iur.iur. dixit singularem Boer. in verbo procurator,nume. 14.Alexan.in l.rescriptum,in fi.ff. de pact. Aret.in §.præterea,nume.33.de excep.Alciat.reg.3.præsumpt.12.nume.3.& hæc est communis opin.Romæ.consi.241. sub nume.11. Ias. consi.16.colum.1. volu.4. Rolan.consi.18.nume.57.part.2. Didac.de testamen.in rubr.nume.14.& Var.resolut.lib.1.cap.6.nume.3. dixi latè ad Regu.cum quid,part.1.limita.2.nume.10.vbi pro animi recreatione videre placeat.

Et negari non potest in hoc infęlicissimo viuendi genere,quod stylus formularij notariorum in multis non præiudicet,& nõ faciat quãdoque contrahentes somniasse,& imaginatos fuisse,nunquã cogitata.

7 Vnde in materia† iuramenti potest procurator quouis modo, cum libera,deferre,si causa sit dubia: secus si debitum esset liquidum, & clarum,quia in hoc iuramentum deferre non posset,quia esset donare, & facere actum nimis præiudicialem,quem non posset,vt dictum est.Ita Ias.in d.§.fina.col.2.circa medium,versi.ex hoc infertur alia limitatio.

Vnde diligenter animaduertat discretus iudex,qualitatem causæ, si est clara,& iuramenti delatio nimium præiudicaret.

8 Id autem,†quod dictum est,quod procurator generalis, cum libera,potest iuramentum deferre,habebit locum in procuratore speciali vnius causæ cum libera,vt not.Ias.in l.qui Romæ,§.Callimachus,nume.18.ff.de verb.oblig.per cap.qui ad agendum,in fine,de procu.in 6. vbi bonus text.de hoc.

9 Secunda sit †conclusio,procurator habens speciale mandatum ad hoc poterit iuramentum deferre.d.§.procurator.

10 Tertia sit† conclusio,procurator in rem suam poterit iuramentum deferre.d.§.procurator.

11 Id autem,†quod in secunda quæstione dictum est declaratur primo,quando dominus sit præsens,quo casu non requiritur speciale mãdatum: sentit Specu.in tit.de proba.§.fin.ver.quid de auditoribus, sequitur Rom.in l.sciendum.ff.de verb.oblig.

12 Declaratur secũdo † in iuramento præstando super tota causa, secus super aliquo incidenti,quia sine speciali mãdato potest.Ias.in d.§.procurator,nu.5.

13 Declaratur tertio†ut requiratur speciale mandatum, quantum ad præiudicandum: secus,si, vt Dño prosit, q̃a sine mãdato vnusquisq; ꝓdesse põt.Ias.in l.nã & postea.§.fi.in verbo,defensionis.ff.de iur. iur.

Sed

Sed quæro vlterius ad iuramentum deferendum, an admittatur procurator cum cautione de rato?

14 Videbatur† quod sic, ex l. 1. C. de procu. vbi procurator admittitur cum cautione, de rato.

15 Etiam in casu,† vbi requiritur speciale mandatum. Textus notabilis in l. illud. §. fin. cum l. seq. ff. de minor.

16 Contrarium† est verius, ex l. alias. ff. de iur. iuran. vbi glo. obscura facit hanc argumentationem. Pone, quòd procurator cum cautione rati, detulit iuramentum, & reus iurauit, postea dominus iuramento non obstante, agit contra reum, qui iurauit, si reus conuentus agat contra procuratorem, & suum fideiussorem, aut obtinebit, aut succumbet: si obtinebit, parum proderit cautio de rato, quia recuperabit expensas tantum: si succumbet deteget periurium, & sic turpitudinem suam: ergo non est admittendus procurator cum cautione de rato.

Bonum igitur nequaquam est, vt procurator admittatur cum cautione rati in materia iuramenti præstandi, ne postea detegi contingat turpitudinem iurantis.

17 Ex quibus† postea sequitur, ad intellectum l. 1. C. de procurat. vt admittatur procurator cum cautione rati, vbi plenè consulitur aduersario, aliàs secus: nec dicitur plenè consultum, si prouideatur ad commodum pecuniarium, non autem ad verecundiam, honorem, & famam, vt constat ex prædictis, vbi Ias. nume. 6. dicit mirabile, & singulare perpetuo.

Et sic cautius proceditur in petenda delatione iuramenti, vbi de facili detegitur verecundia periurij, quàm restitutione in integ.

Et sic una causa recusationis in iuramento est, quando de facili detegeretur turpitudo ipsius, quæ secundum Castren. in d. §. procurator, præponderat commodo pecuniario.

18 Et sic† in facti contingentia infertur, quòd si sunt duo hæredes vnius debitoris, si vnus vult deferre iuramentũ creditori, ꝙ creditor licitè recusat, quia posset venire alius cohæres, & deferẽdo periuriũ detegere. Et sequũtur ibi Alex. col. 2. circa med. ver. ꝓ cõcordia, & ibi Ias. sub nu. 18. cũ modificatione, qñ sumus in personis inter se nõ penitus extraneis, prout sunt procurator, & dominus, & similes: vel in persona non habente ius connexum, vel dependens; aliàs secus.

Iusta igitur causa recusationis iuramenti est, si vna persona habens ius depẽdens vel cõnexũ cũ alia, vult iuramentũ deferre; quia posset responderi, nolo iurare, quia alio deferẽte detegi posset periuriũ meum.

Pariter poterit procurator generalis ad lites reuocare oblationẽ iuramenti, iurando suo principali superuenisse probationes. Pedemont. attestans ita iudicatum decis. 8. in fine.

QVAEST. VII. XIII. QVAEST. Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Tutor poterit deferre iuramentum litis deciſorium pro pupillo.*
2 *Minor reſtituitur aduerſus iuſiurandum delatum.*
3 *Iuramentum delatum per pupillum ſine tutore, eſt nullum.*
4 *Iuramentum delatum per minorem extra iudicium eſt nullum.*
5 *Prodigus deferendo iuramentum etiam cum auctoritate tutoris, reſtituitur.*
6 *Minor reſtituitur aduerſus iuſiurandum, quando fuit delatum ſine diſcuſione iurium.*
7 *Læſio in materia iuriſiurandi non probatur, ex ſola allegatione minoritatis.*
8 *Iuramentum à minore delatum, an iuſtè recuſetur, quia minor,*
9 *Inſpiciendum eſt quod euenire poteſt, de iure communi, non ſpeciali.*

1 QVAERO, an tutor † poſsit pro pupillo iuramentum litis deciſorium deferre? Vtiquè quòd ſic, l. tutor. ff. de iur. iuran. cum modificatione, de qua ibi, ſ. deficientibus alijs probationibus. l. iuſiurandum, quod ex conuentione. §. pupillus. nu. 6. de iur. iuran.

2 Sed hic neceſſariò † ſubintrat alia quæſtio connexa præcedenti, an minor reſtituatur aduerſus iuſiurandum iam delatum? & vtiquè regulariter quod ſic. Speculat. de reſtit. in integ. §. 1. nu. 1. Bart. in l. nam & poſtea. §. ſi minor. ff. de iur. iuran. Paul. Caſtren. in l. iuſiurandum. §. pupillus. nu. 4. ff. eod. in d. §. ſi minor. 1. & ibi Alberic. nu. 12. Iaſ. nu. 2. Soci. nume. 1. Alexan. in l. tutor. ff. eod. Iaſ. in l. 1. num. 7. ff. eo. Signo. in d. §. ſi minor. nu. 2. Zaſ. ibi nu. 3. Maurit. de reſtit. in integr. cap. 302. Abb. poſt Innoc. in c. 2. nu. 2. de iur. iuran. vbi de communi. Sfort. de reſtit. q. 66. art. 1. vbi dicit ſuperfluum de hoc dubitare, cum habeamus caſum legis.

Et ratio videtur, quia nimis imprudenter ſe gerit, & nimis læditur faciendo iudicem aduerſarium ſuum in ea cauſa. Bald. in §. item ſacramenta. de pace iuram. firmand.

3 Ampliatur hæc concluſio, † vt procedat, ſiue fuerit cum auctoritate tutoris, vel ſine; ſemper enim reſtituitur. immo ſi ſine tutoris auctoritate detulerit, delatio nulla eſt, nec indiget reſtitutione. Caſtren. in l. iuſiurandum. §. pupillus. nu. 4. ff. de iur. iur. qui de communi teſtatur.

Soci.

Soci.in d.§.minor.uu.2.Zaſ.nu. 13.

4 Ampliatur ſecũdò,†etiam ſi extra iudicium iuſiurandum fuerit delatum,vt latè per Signo.in repe.§.minor,nu. 18.cum ſeq.

5 Ampliatur tertiò † idem eſſe in prodigo deferente , cum auctoritate curatoris,iuramentum,quia reſtituitur,glo.notabilis in l.2.C.de curat.furio.quam ſingularem dixit Bald. in cap. 1. de benef. fratr. in vſi. feud.in l.iubemus nulli.in princ.C.de ſacroſ.eccl.in l.fin.C. in quibus cauſ.in l.ſi infanti.C.de iur.deliber.in l.qui neque. ff. de rebus eorum. in l.Marcellus.ff.de fideiuſſ.vbi ſemper exclamat de hoc.Imol.in l.Imperatores.ff.de re iudic.

Ego addo bona iura in l.dabimus.cum ſeq.ff.de priuileg.cred.in l. tutor.ff.de iur.iuran.

6 Limitatur hæc cõcluſio,†ſi tutor,vel minor litem mouerit ſine aliqua diſcuſsione iurium : ſecus ſi ab initio , & etiam poſtfacto fuerit adhibita omnis diligentia in iuribus perquirendis; quod cum non reperierit,nec reperire potuerit, ſuppoſuit ſe periculo iuramenti , quia tunc non reſtituitur,cum potius fato,& fortuna læſus fuerit , ſecundũ Caſtren.& Alex.in d.l.tutor. Pro quibus eſt text.in l.ſine.§.ſi locupleti.ff.de minor. *

Reſtituitur tamen dato ſumo,quòd probationes eſſent occultæ, & hodie repertæ poſt iuramentum præſtitum , ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa,iuxta no.in l. admonendi,ff.de iur.iur.

7 Nec ad docendum† læſionem ſufficit allegare ſe minorem, niſi aliter docet,vt per glo.iuncto tex.in d.§.ſi minor.Vnde non valet conſequentia,eſt minor,ergò læſus.

8 Sed quid, ſi minor,†vel tutor,nomine pupilli detulerit iuramentũ; an iuſtè recuſet aduerſarius,dicendo,nolo iurare,quia agitur cum pupillo,qui de facile reſtituitur,& ſic detegeretur periuriũ meum . Vti-
9 què quòd nõ: & ratio †eſt, quia inſpici debet quod euenire poteſt iure communi,non iure ſpeciali.l.4.§.primo,& ibi not.Bart.ff.de fideicom miſſ.liberta.Bart.in l.inter ſtipulantem.§.ſacram.nu.7.vbi Iaſ. nu. 28. dicit eius doctrinam perfectam.ff.de verb. oblig.vnde dum in eo textu l.tutor.dicitur,audiendus eſt;adde,aduerſario inuito, & recuſante, ſi non habeat alias iuſtas cauſas recuſandi , niſi quia vti minor reſtitui poteſt.

Vnde non eſt bona exceptio,nolo hoc facere,quia litigo cum minore, qui reſtitui poteſt , & ad prædicta concordat Manno. de minor. cap 4.nume.45.

Et pariter in iudicio tutelæ , pupillus tutori iuramentum deferre non poteſt, & ſi deferat, non præiudicat, l. ſi ad excludendam. C. de rebus credit. benè tamen iurat tutor in cauſa pupillo mota.l.5. C. de reb.credit.

QVAEST. VIII. XIII. QVAEST. Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Coniunctus pro alio coniuncto iuramentum deferre non potest, sine alio mandato, nisi proprium prætendat interesse.*

2 *Coniunctus legitimus administrator admittitur etiam ubi requiritur speciale mandatum.*

3 *Declara ibidem.*

1 SED Numquid † cõiunctus poterit deferre iuramentum litis decisorium pro alio coniũcto sine alio mãdato ad hoc? Vtique non, nisi proprium prætendat interesse.l.patri, vbi textus singularis ad hoc secundum Bart.ibi,ff. de minor.& ibi dicit Alberic.quod ita fuit in publica disputatione obtentum, etiã cum promissione de rato, & illum textum dixit etiam singularem ad hoc Bart.singu.114.Roman. singu. 619. Petr. Rauen. sing. 212. inferens
2 post Bart.in l.1.C.etiam per procurat.†quòd licet coniunctus non admittatur pro coniuncto, ubi requiritur speciale mandatum, tamen fallit hoc in legitimo administratore, vt patre, tutore, & similibus, per istum textum, quem ad hoc dicit notabilem, & singularem Azo, C.de filiofamil.minore.nume.2.& 3.in rubr. Card. in c.suscitata, vbi Anchar.nume.3.colum.fin.Bellam. nu.4.de resti. in integ.in cap.constitutus, in 2.oppo.eod.titu.Spec.in tit.de coniunct.person.nume.4.Franc. March.decis. Delphinal.53.nu.2. Capel.Tholos.55.Firmia.in verbo,
* coniuncta persona, & hæc est cõmunis opinio. Sfort. de restitutione loquens, quæstio.31.part.1.articu.10.

In materia autem iuramenti, contrarium sentit textus in l.filius. & ibi not.Bal.C.de reb.cred.Ias. in l. exigendo, limita.4. C. de procurator. Serafin.priuileg.3.col.1.in fin.de iuramen.

3 Et dicit† Bal.in cap.nonnulli, nu. 17.de rescri.quod est casus specialis in d.l.patri, qui non potest trahi in consequentiam.

Aut igitur cõiunctus vult admitti pro cõiuncto, aut non requiritur speciale mandatum; & tunc, aut præter voluntatem, aut contra; Primo casu, põt cum cautione rati, l. sed & hæ.ff.de procu.aut contra voluntatem, & tunc, aut prætendit proprium interesse, & auditur, aliàs non. In requirentibus speciale mandatum auditur in restitutione in integ. si proprium prætendit interesse, sed in deferendo iuramento nullatenus

nus

tenus admittitur. Didac. Variar.resol.lib.1.c.6. ver.octauo. Ioseph. de Ludo.conclu.30.colum.4.ampliat.in ver.communis,&c.

QVAEST. NONA XIII. QVAEST. Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum litis decisorium requirit speciale mandatum.*
2 *Iuramentum litis decisorium, non potest deferri sine speciali mandato, etiam super incidenti.*
3 *Procurator cum facultate iurandi affirmatiuè, uel negatiuè, non potest deferre iuramentum litis decisorium.*
4 *Procurator, cum libera, ad iurandum, potest deferre iuramentum litis decisorium.*
5 *Procurator, cum clausula, quod non possit respondere positionibus, poterit deferre iuramentum litis decisorium, & iurare.*
6 *Procurator cum iuramento constitutus iurare poterit.*
7 *Iuramentum habet uim expressi.*
8 *Procurator cum clausula, ut possit omnia, quæ ipse dominus posset, iurare potest.*
9 *Vbi declaratur.*
10 *Testes non poßunt iurare per procuratorem, sed ipsimet iurare debent.*
11 *Iuramentum non potest præstari per procuratorem, etiam specialiter constitutum, stante statuto requirente formalitatem uerborum.*
12 *Iuramentum requirit speciale mandatum in casibus prçiudicialibus: secus in quibus iurari potest.*

1 SED Numquid† ad iurandũ in hoc casu requiratur speciale mandatum? & vtique sic: Bero. consi. 25. nu. 14.22.lib.3.Rolan.consi.26. num.5.& 22. volu.2.Franc. March.q.687.parte 2.

2 Ampliatur,† vt nec iurare posit etiam si inciden ter esset iurandũ: nam adhuc speciale mandatũ requiritur.l.procurator cum libera.l.procurator tutorum.ff.de procur. Bar.in l.qui bona.§.si alieno,& ibi quoque Alexan.ff. de damn. infect. Ruin.cõsi.169.col.3.post nu.6.vol.1.Bauer.de viribus iuram. nu.95. Grat.lib.2.respon.104.nu.19.resp.96.nu.17.lib.1.Ant.de Petru. in l. 1.effect.35.nu.269.de iur.iuran.Crauett.consi.238.post nu.3.

3 Ampliatur† secundò, vt si fuerit constitutus procurator cũ facultate iurandi

iurandi affirmatiue, vel negatiue, prout melius ipsi procuratori visum fuerit, tale mandatum non valebit. Cott. dicens valde memoriæ commendandum, in verbo, procurator potest. in fine.

4 Limitatur primò † hæc conclusio, vt, sufficiat mandatum cum libera, ad iurandum: ita post alios concludit Serafin. de iuramen. priuileg. 3. col. 2. & 3. Addo March. q. 693. part. 2. Rimin Instit. quib. alien. licet, vel non. §. 1. nu. 190. Anch. q. 3. in fine, part. 2.

Limitatur secundo, quia exceptio in vno casu requirente speciale mandatum, firmat in alijs speciale mandatum requirentibus. Vnde
5 constituens † procuratorem, quod non possit respondere positionibus, tamen hoc casu iurare poterit. Alexan. in l. fina. ff. quod quisque iur. consi. 36. colum. 1. volu. 6. Dec. in cap. consultationibus, in fine, de
* offic. deleg. est communis opinio, Cagnol. in l. 1. nu. 30. & 33. de regu. iur. Euerard. in centur. loco 3. Viui. lib. 1. opin. 108. Eman. in suo The saur. litera M, num. 23.

6 Limitatur tertio † in procuratore constituto cum iuramento, quia
7 iurare poterit, † quia iuramentum habet vim expressi. Bald. dicẽs hoc admodum memoriæ commendandum, in l. 1. q. 2. vbi Salic. col. fi. commodat. per l. cum pater. §. filius matrem. ff. de lega. 2. Ang. in l. senium. C. qui testam. face. poss. Alexan. in l. 1. §. si quis ita. colum. 3. ff. de verb. obliga. Aret. consi. 33. colum. 3. sub nume. 17. Socin. consi. 147. in fine. volumi. 1. latè Tiraq. de leg. connubial. l. fina. glo. 7. nume. 182. Ias. in l. si conuenerit. colum 3. de iur, omn. iudic. Soci. iun. consi. 136. nume. 26. volu. 1. Grat. lib. 1. respon. 17. nu. 13. Gozad. consi. 69. nume. 19. Seraf. de iuramen. priuileg. 26.

8 Limitatur quartò, † si in instrumẽto procurationis sit apposita clausula, ut omnia facere possit, quæ ipse Dominus constituens, si personaliter interesset, quia tali casu procurator iurare poterit. Seraf. de iuramen. priuileg. 3. sub. nu. 11.

Addo vltrà eum clarè loquentem, Bart. in l. creditor. §. Lucius, in fine. ff. mandat. Angel. per illum text. in Authen. de collat. §. ad hæc, prohibemus, in fine, & est clausula frequentissima in mandatis procurationum, sed à notarijs, constituentibus, & constitutis non intellecta. Deus scit quomodo hodie apponuntur clausulæ instrumentorum.

9 Declaratur hæc limitatio, † si ante clausulam prædictam sit appositus aliquis casus speciale mandatum requirens, & postea subiungatur hęc clausula prægnans, quæ extendit ad alios casus similes speciale mandatum requirentes. Castren. consi. 335. in fi. vol. 1.

Et iudicio meo, vltrà eum, hoc benè probat text. in d. §. Lucius, vbi enumerantur aliqui casus speciale mandatum requirentes; postea in fine apponitur hæc clausula prægnans.

10 Declaratur secundò † in testibus, qui nõ possunt iurare per procuratorem,

ratorem, sed ipsimet iurare debent, vel ad eorum domum transmitti, prout testium nobilitas, vel qualitas requirit: satis enim est quòd per se iurant, vel in manibus notarij, vel in præsentia iudicis, cap. licet. ibi, proprio iuramento. de testib. Viui. in verbo, iuramentum. in fine.

11 Declaratur tertiò † nisi statutum loci requireret formaliter propriũ iuramentum, quia tunc non posset per procuratorem etiam specialiter constitutum. glo. in cap. vt circa, de elect. lib. 6. latè Viui. in verbo, iuramentum potest: vnde si statutum dicat, iurandum per ipsum N. vel alia pronomina importantia personalitatem, tunc non posset iurari per procuratorem, glo. in §. fuerat, in verbo, in ipsa; de actio. Grat. lib. 1. respon. 28. col. 1. vbi tandem videtur aliter sentire, quando vsu fuerit aliter receptum. Anto. de Petrut. in repet. l. 1. nume. 274. de iur. iurand.

Vsus igitur, non verborum proprietas erit attendenda.

12 Limitatur quinto, † vt ad iurandum requiratur speciale mandatum in præiudicialibus: secus in casibus, quibus iuuari potest. text. & ibi Ias. in l. ait prætor. §. iusiurandum. nu. 5. de iur. iuran. Benè verum est, quòd procurator non cogitur subire iuramentum litis decisiuum, l. iusiurandum, & ad pecunias. §. procurator. ff. de iur. iuran. etiam si sciat veritatem, vt ibi Ias. animaduertit.

Iurare tamen poterit, & si non sit speciale mandatũ ad iurandum, si adsint clausulæ apponi de more solitæ, & dicitur mandatum sufficiẽs. Castren. in l. tutor. ff. de iur. iuran. vbi valde commendat.

QVAEST. DECIMA XIII. QVAEST. Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Pupillus ex se iuramentum deferre non potest.*
2 *Pupillus non habet liberam administrationem.*
3 *Iuramentum non potest deferri pupillo, ut iurare cogatur.*
4 *Pupilli iuramentum ualet, nec contra eum opponi potest de inhabilitate personæ, si ex conuentione delatum fuerit.*
5 *Pupillus quõ intelligatur, uel iurando, uel iuramentum deferendo.*

1 QVAERO, an pupillus † ex se possit deferre iuramentum litis decisorium? Vtiquè non. dixi supra, quæst. 7. huius quæstionis principalis. Ampliatio. 1. ex l. iusiurandum. §.
2 pupillus. ff. de iur. iuran. vbi rationem reddit, † quia non habet liberam administrationẽ. Quare in hoc ad ibi dicta me remitto.

Amplia-

3 Ampliatur, † vt nec econtra, ipsi pupillo deferri possit, vt iurare cogatur, l.iusiurandum, & ad pecunias. §. pupillo.ff.de iureiur.

4 Si tamen † quis contentus fuerit stare iuramento pupilli, si iurauerit, standum est iuramento ipsius, nec poterit opponi de inhabilitate iurantis l. qui iurasse, ff. de iur. iurand. vbi Bald. colligit notabiliter in materia iuramenti conclusionem, quòd si detuli iuramentum inhabili, qui iurat, non possum postea opponere de inhabilitate; vnde cauendum est antequam acceptetur, quia postea non erit locus pœnitentiæ.

5 Et pupillus † in hoc casu intelligitur, dummodo sit maior infante, qui fari possit, non tamen requiritur, quod sit doli capax, vt declarat glo. & Bart.in l.qui iurasse, in prin.ff.de iur.iuran. vnde non attenditur periurium, sed sibi imputat qui remisit.

QVAEST. XI. XIII. QVAEST. Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Muto deferri potest iuramentum, litis decisorium.*
2 *Matrimonium uerba requirit.*
3 *Mutus potest contrahere matrimonium.*

SED nunquid muto deferri poterit iuramentum litis de-
1 cisiuum? Videbatur quòd non, cum loqui nesciat. † Cō-
trarium est verius, cum habeat intellectum, & consen-
sum, iuxta not. in l. item quia. ff. de pact. quia etiam in
2 matrimonio † requiruntur verba pro forma, vt not. in l.
3 cum notissimi.C.de præscrip.30.ann.tamen mutus matrimonium cō-
trahit, iuxta not.in cap.tuæ. de sponsal.

Vnde in iuramento, matrimonio, & similibus, tunc verba requiruntur, quando contrahentes possunt loqui, aliàs non.ex d. cap.tua.

QVAEST. XII. XIII. QVAEST. Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Mulier à statuto prohibita, iuramentum decisorium deferre non potest.*

SED

1 ED Numquid† mulier à statuto prohibita, poterit iuramentum deferre, non seruata forma statuti? Vtiquè non: Lambertengh. de contract. mulie. in fine. q.40. nu. 140. Puto consideranda verba statuti, si hunc casum comprehendat, & ita vidi obseruari.

QVAEST. XIII. XIII. QVAEST. Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Grauatus fideicommisso, non potest deferre iuramentum litis decisorium.*

1 N Grauatus †fideicommisso, poterit deferre iuramentum litis decisiuum in bonis fideicommisso suppositis? Vtiquè non, cum aduenienté substituto, de facili detegeretur periurium. Bart. in l. eum qui. §. si libertus. in fine. in l. manifestæ. nu. 5. ff. de iur. iurand. Ias. in l. iusiurandum, quod ex conuentione. §. pupillus. nume. 1. ff. eodem.

QVAEST. XIV. XIII. QVAEST. Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Emphiteota, uel uassallus super re emphiteotica, uel feudo, iuramentum litis decisorium deferre non potest.*

1 ED Numquid †emphiteota, vel vassallus super re emphiteotica deferre potest iuramentum litis decisiuum? Vtique non, cum non habeant liberam administrationem. Ias. in l. iusiurandum. §. pupillus. nume. 2. de iur. iuran. in l. fina. nume. 123. C. de iur. emphiteotic. Lamberten. de contract. mulier. glo. fina. nume. 141.

QVAESTIO DECIMAQVINTA Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum unius, nec nocet, nec prodest alteri.*

2 *Iuramentum vnius nocet alteri, quoad quale quale præiudicium.*
3 *Iuramentum vnius nocet alteri quoad semiplenam probationem.*
4 *Iuramentum vnius nocet alteri in separatis: secus in connexis.*
5 *Iuramentũ vnius nocet alteri quoad plenam probationem, in antiquissimis.*
6 *Iuramentum vnius ex patronis, facit semiplenam probationem contra alium.*
7 *Iuramentum vnius ex patronis, plenè præiudicat alteri in successione: secus in iure patronatus.*
8 *Res inter alios acta alijs præiudicat in indiuiduis: secus in diuiduis.*
9 *Iuramentum cohæredis, fideiussoris, & similis vnius, nocet alteri.*
10 *Res inter alios acta alijs pręiudicat, si iustè fuerit sententiatum, secus si iniustè.*
11 *Iuramentum litis decisorium facit qualequale præiudicium, vt concurrentibus in eo probationibus, vel aliquibus adminiculis pręferatur.*
12 *In interdicto, vti possidetis, quis sit præferendus.*
13 *Res inter alios acta, alijs præiudicat concurrentibus duobus testibus.*
14 *Res inter alios acta supplet integritatem testi non fide digno.*
15 *Intellectus ad l. qui ex liberis. §. testamento. ff. de bonor. poßessio. secundum tabulas.*
16 *Testis vnius inhabilitas suppletur ab alio.*
17 *Testis vnius inhabilitas, non suppletur ab alio penitus inhabili.*
18 *Regula, quod ab initio non valet, tractu temporis reconualescit, declaratur, & distinguitur.*
19 *Intellectus ad l. si quis ex argentarijs, §. cogentur. ff. de eden.*
20 *Res inter alios acta alijs præiudicat, vt deferatur iuramentum suppletoriũ.*
21 *Res inter alios acta, quod pręiudicium faciat concurrentibus aliquibus adminiculis.*
22 *Res inter alios acta alijs plene præiudicat, in iudicio executiuo, vel vbi sufficit semiplena probatio.*
23 *Res inter alios acta plenè pręiudicat in possessorio summario; unde lata contra unum potest mandari executioni contra alios.*
24 *Iuramentum unius, puta patris, uel Domini, an prosit filio, uel seruo; & e contra.*

1 
VAERO, † an iuramentum vnius prosit, vel noceat alij? & vtiquè non. l. ait Prætor. vers. Matris, vbi Ias. num. 15. ff. de iur. iurand. ad idem l. nam & postea. §. final. l. sed & possessori. §. final. ff. eod. l. 2. C. quibus res iudic. non nocet. Asini. §. 31. limit. 26.

2 Declara, † hoc verum absolutè, sed bene quoad quale quale præiudicium. glo. notabilis, & ab omnibus commendata, in l. si duo. in princip. in verbo, auctoritatis, vbi Alexa. nu. 5. Ias. nu. 3. eam summoperè commendant,

mendant, dicētes per eam limitari regulam, res inter alios acta. Glo. in
* l. 2. C. quibus res iudic. non nocet, est communis opinio. Rip. in l. 2. nu. 36. C. de edend. Sebast. Medic. regul. 8. in fine, licet ſicco pede.

3 Hoc autem † quale quale præiudicium in hoc verſari videtur, vt faciat ſemiplenam probationem. Angel. in l. 2. C. de eden. Panor. in c. penult. de re iudicat. in cap. final. de ſucceſſ. ab inteſtat. Abb. in cap. final. circa finem de iur. iurand. Butr. in cap. fraternitatis, de teſtibus; col. penult. verſ. numquid autem in eadem inſtantia. Dec. conſi. 42. col. final. ſub num. 12. Pedemont. 38. num. 6. Dixit eſſe dictum menti tenendum, & de pane lucrando, Alex. verbis obſecratiuis, cōtra eius morem loquendi, in l. ſępe, ſub nume. 70. verſic. teneas menti obſecro. ff. de re iudicat.

Contrarium tenet ibi Alex. dicens hanc opinionem iure non probari, & ob id credere, vt operetur aliqualem effectum ſed infra ſemiplenam probationem, puta, quod tertius appellare poſsit. Ripa in d. l. 2. num. 36.

Addo Aret. conſil. 163. col. 2. verſic. Vtrum autem iſtę probationes. Curt. ſen. conſ. 72. col. 2. in fine. Dec. in hoc ſibi contrarius, in l. 2. colu.
* 10. C. de eden. & hæc opinio eſt vera, & communis, Ferdinād. Loapes in repetitio. l. filiusfamilias, §. Diui. nume. 329. de legat. 1. Didac. pract. quæſtio. cap. 13. col. 10. in fine.

4 Conciliari † poſſent opiniones, aut ſumus in facto de recenti, aut antiquo: primo caſu, aut ſumus in ſeparatis, aut connexis: primo caſu, in ſeparatis, non facit ſemiplenam probationem; ſecundo caſu, in connexis, ſic. Secundo caſu principali, ſ. in antiquis, tunc facit ſemiplenā probationem. Ripa in l. admonendi, ſub num. 202. de iureiurand. Crauett. qui eum non allegat, in tract. de antiq. tempo. part. 2. in princip. nume. 49. qui multis comprobat.

5 Et ſi factum † ne dum eſſet antiquum, ſed antiquiſsimū, plenè probaret; maxime ſi factum ſit tale, vt in eo procedatur per argumenta, prout in cauſa finium. Dec. conſi. 142. nu. 11. in fine.

6 Ex quibus ſequitur in materia iuris patronatus, quod cum ſimus in connexis, faciet ſemiplenam probationem, cauſa iuramento deciſa per vnum ex patronis tantum iuramentum deferentibus, l. ſi duo patroni, in princ. ff. de iur. iurand.

7 Quod declaratur, aut loquimur, quoad ſucceſsionem, quę diuiſibilis eſt, & tunc procedat cōcluſio; ſecus quoad ius patronatus in ſe, quia indiuiſibile eſt, vt declarat notabiliter Bal. in c. quanto, nu. 9. de iudic.

8 Aut igitur in materia connexorum ſumus in diuiduis, & tunc iuramentum, vel ſententia inter alios acta, facit quale quale præiudicium; aut materia eſt indiuidua, prout ius patronatus in ſe, & tunc ſententia inter alios lata alijs prodeſt, vel nocet reſpectiue.

9 Pariter in cohærede, † in fideiussore, & similibus, dicendum est, ex l. a sententia, vbi textus notabilis secundum scribentes, ff. de appellationibus.

10 Declaratur secundò † loco notabiliter, vt res inter alios acta faciat qualequale præiudicium; si iuste fuerit sententiatum: secus, si iniquè, quo casu ne minimum quidem facit præiudicium, glos. quam ibi Bald. dixit singularem, in l. 1. C. de fals. in glos. magna circa medium, ibi, aut bene, vel malè, & c. dixit valdè singularem Alex. in l. sæpè, nu. 70. de re iudic. Dec. consi. 142. sub num. 11.

Sed contrarium tenet Alex. in citato loco, ea ratione; si enim quando sententia est iniqua, nullum infertur præiudicium, frustra tertius appellat, l. a sententia. ff. de appellatio. nam ideo conceditur appellatio, ad tollendum iniquitatem sententiæ.

Sed appellatio in eo casu est ad cautelam: ibi, quamuis & sine appellatione tutus est cohæres.

Et iuxta prædicta vidi in facti contingentia, Abundanzerij, seu Præfecti annonæ ciuitatis Tuderti de anno 1586. ex eorum administratione remanserunt debitores Illustri Communitati Tudertinæ de scutis 400. quorum vnus soluit centum, & habuit quietationem de omni eo, quod pro eius rata contingere posset: dum alij conueniuntur ad alia trecenta, scilicet centum pro quolibet, dicunt, nos sumus quinque in nostro officio, de quatuor centum diuisis in quinque, tãgunt octuaginta pro quolibet. Replicat vnus, fuimus in electione nominati quinque, sed ego non administraui, neque in officio me intromisi, ideo ad nihilum teneor, & hoc me vlterius coadiuuat, quia solutio de centum facta per consocium, prodest mihi, & nocet vobis alijs, cum simus in connexis, & consocijs, saltem quoad semiplenam probationem, ex iam deductis.

11 Versatur † autem in hoc istud qualequale præiudicium, quod resultat ex iuramento inter alios præstito, vel re inter alios acta, quòd si in causa aliqua probationes sint hinc inde pares, ille obtinebit, qui habet talem præsumptionem pro se: glos. notabilis, & ab omnibus commendata, in l. si duo patroni, in verbo, auctoritatis, ff. de iur. iurand. vbi loquitur in terminis, in causa inter alios iuramento decisa: & eam dicunt singularem, & menti perpetuò tenendam Fulgos. Ias. & alij, & ibi Bal. dat exemplum materiale, si in bilancia, vel æquilibrio, põdera sint hinc inde paria, si quid minimum ex vna parte addatur, facit præponderare. Et hanc glos. valde etiam commendat Angel. in l. 1. de execut. rei iudicat. in l. sciendum. col. 13. de verborum obligat.

12 Quarè † deseruiet hoc pro cautela in materia interdicti; vti possidetis, dum tractatur de sequestratione possessionis, ad l. æquissimum. ff. de vsufruct. nam quando probationes reputantur hincinde pares, vt

sit difficile dignoscere; cautus sis adiuuare probationes tuas, ex re inter alios gesta, vel alia leui præsumptione; vel occasione, quæ aliquando in paribus terminis est magni momenti. Bal. in cap. per tuas. col. 1. de probat. per l. 4. §. si ex die ff. de fideicom. libertat. quæ addi possent ad ea, quæ posui in tractat. de sequestro. quæst. 6 q. 6. principalis.

* Et cùm glos. prædicta est communis opinio. Alex. in l. sæpè, sub nu. 70. ff. de re iudicat. Feli. in c. cum dilecti, col. final. de accusatio. Alex. consi. 112. col. final. lib. 4. Ripa in l. 2. num. 36. in fine. C. de eden.

13 Altera † versatur vtilitas, & quidem notabilis, & ab omnibus commēdata, quòd si quis probasset suam intentionem per duos testes, qui repelli potuissent, concurrente illa præsumptione resultante ex re inter alios gesta, illi testes habentur pro integris. Ita Gugliel. de Cune. in d. l. si duo. quod valde commendauit Alex. in l. sæpè, num. 71. de re iudic. ex l. qui ex liberis. §. testamento. ff. de bon. possesion. secun. tabul.

14 Et sic † est tantæ potentiæ, vt suppleat integritatem testi non fide digno.

15 Sed † considerando casum positum in d. §. testamento, non benè videtur adaptari ad casum nostrum; Nam ibi præsupponitur, quòd testamentum ab initio valuit, postea fuit irritatum per arrogationem; tertiò testamentum resuscitauit per effectum sui iuris. Sed in casu, de quo agitur, testes præsupponuntur ab initio minus integri; & difficilius confirmatur, quod est ab initio nullum, quàm ab initio validum, ex postfacto annullatum, iuxta not. in regul. quod ab initio, cum similibus.

Confirmat secundo loco Alexa. hanc notabilem doctrinam, ex l. si quis ex argentarijs. §. cogentur. ff. de edend. ibi, quid enim, si humilis, & deploratus vnus edidit; vt dubitare meritò quis de fide editionis posit?

16 Per † quem textum dicebat ibi Bal. quòd inhabilitas vnius testis suppletur ex habilitate alterius, vbi Ias. num. 2. dicit, quòd hoc dictum est famosum, & tota die consulendo allegatur. Idem in l. 1. col. 3. C. de testib. Salic. in l. in bonæfidei. col. 10. C. de reb. credit. Roma. consi. 290. in l. 1. §. si stipulanti. col. final. ff. de verb. oblig. Alex. consi. 57. colu. penult. vol. 2. Ias. in Authentic. si verò. colu. 1. C. de iudic. latè cumulans, Ant. Gabr. de testib. conclus. 5.

17 Hæc † autem omnia vera sunt, & procedunt vno notabili modo, quando testis, qui reputatur inhabilis, non sit penitus inhabilis, nam inhabilis omnino per alium testem suppleri non poterit; quia quod nullũ est, suppleri non potest; quia incrementum presupponit aliquid adesse l. sed & si manēte. ff. de precar. secus si nō sit penitus inhabilis, quia tũc suppletur ex alio habili, dummodo iste nō solũ sit habilis, sed omni exceptione maior, vel vtēdo verbis Bal. in fide integerrimus, his verbis

vtitur

vtitur Bal. in d.§.cogentur,commendat pro valde nobili Alex.in l.nū. 71.de re iudicat.Feli.in cap.2.de testi.Marsil. singular. 554.in l.de minore.§.tormenta.col.4.de quęstio.Purpurat.in l.1.col.1.C.de Summ. Trinit.& fid.catholic. Crauett.consi.9.nu.11.

Practicando igitur,aut testis,vel probatio est penitus inutilis, & tūc suppleri non potest:aut non est penitus inutilis,& tunc suppletur, si alter testis sit integerrimus, & omni exceptione maior. vnde eris cautus opponere hanc exceptionem,quia non sufficit simplex habilitas.

18 Vnde † inferendo ad regulam,quod ab initio nō valet,an ex post facto reconualescat; Distinguo plures casus, aut durat causa impediens, aut cessat,aut cessat, & superuenit confirmans. primis duobus casibus regula procedit,tertio casu non.Ita Din.in regula, non firmatur.num. 12.Ego addo,quòd si durat causa impediens,& non cessat,sed superuenit coadiuuans,tunc validat actum,si non sit penitus nullus,sed debilis, & in aliquo defectiuus, si coadiuuans sit valdè potens,vt nullam recipiat exceptionem.

19 Et circa.§.†cogentur, vbi pariter se fundat, secundo loco Alex. nō admodum probat, quia ille textus non in eo principaliter se fundat, quod vnus sit deploratus,sed quia vti omnes hæredes, omnes edere tenentur, & ille qui petit editionem fieri, fraudaretur sine eius culpa.

20 Tertia versatur vtilitas; quia res inter alios acta facit semiplenam probationem, vt sit locus iuramento suppletorio.Bart.in l.admonendi.num.45.de iur.iurand.vbi Ripa num.203.hoc valdè commendat, dicens practicabile, & quotidianum. Idem dicit Alex. in l.sępe.nu.71. de re iudicat. dicens hoc esse dictum multum solenne in practica.Ias. in l.si duo.num.5.ff.de iur.iurand.licet dubitet de textu,in quo se fundat Bart.Feli.in cap.quamuis.col.1.de re iudicat.Rui.consi.14.num.1. lib.2.consi.13. num.3. consi.59.num.3.in fine.consi.92.num.15.lib. 4 Marsil.singular.435. dicens, vti æquam sequendam esse. Dec.in l.2. num.50.C. de eden. dicens hanc esse communem opinionem. Idem consi.272.num.3.

21 Restringitur† tamen,si simus in testibus, quando sint mortui, & sic amplius examinari non posint: secus si viuant,& examinari posint, quia sibi imputet,cur examinari non faciat.Ita Bart.& scribentes in citatis iam locis.

22 Ego,†tàm quoad testes, quàm quoad sententiam, vel causam iuramento inter alios decisam, remitterem bono iudicis arbitrio. Abb. in cap.penul.num.3.de re iudic. Marsil.in l.quęstionis modum,num.60. ff.de quæstio. Alciat.in l.2.nume.29.C.de edend. Tiraq.ad regul.Res inter alios acta,limit.19.Didac.practic.quæstio.cap. 13. num. 1.versi. cæterum.Curt.sen.consi.73. colu.3.Iaco.Menoch.de arbitr.iudic.cas. 111.in fine.

Sed,

Sed, bone Deus, quis erit iste iudex, toto titul. ff. & C. de iur. & fact. ignor. ò infelicissima professio, quis te administrat fauores? quis te gubernate munera & continuę præhensationes. virtus iacet, fauores dominantur.

22 Quarta † versatur vtilitas vltrà antiquos; quia in casibus. vbi sufficit semiplena probatio, prout in iudicio executiuo, vel summario, res inter alios acta alijs præiudicat. Pedemont. decis. 38. nu. 7.

23 Hinc postea, † si sumus in possessorio summario, in quo sufficit vnus testis, si sit lata sententia contra vnum ex possessoribus citatum, & cōuentum, talis sententia poterit postea produci contra alios possessores, & si possessorium sit summarium, plene præiudicabit: remittendo me ad ea, quæ aliàs dixi in quæstione, quæ probationes requirantur in iudicijs possessorijs.

24 Limitatur † secundo loco principaliter in personis, quæ finguntur eadem esse a iure, prout pater & filius, Dominus & seruus. Vnde in hac materia ad intellectum l. seruus. ff. de iur. iurand. considerandi sunt duo casus, aut filiusfamilias iurat, vel defert iuramentum litis decisorium: si iurat, prodest patri, siue causa sit peculiaris, siue non, nocere autem non potest: si verò filiusfamilias deferat iuramentum, prodesse potest, sed non nocere, nisi in causa peculiari, vel vsque ad vires illius l. seruus, & ibi Castrens. Alex. & Ias. ff. de iur. iurand.

Potest ergò filius nocere patri in acquirendis de nouo, vel acquisitis perdendis, vsque tamen vires patrimonij, & non vltrà, vt not. in l. seruus. C. de pact. l. sin autem dominicam. ff. de pact. & l. final. C. de acqu. possess.

Et in prejudicando patri, si loquimur quoad dominium, requiritur administratio cum libera. si loquimur in obligando extra dominium, non requiritur libera. Ias. in l. cum fundus. §. seruum tuum imprudēs, num. 3. ff. si cert. petat. vbi magistraliter loquitur.

Limitatur tertio loco principaliter, ratione procurationis. l. iusiurandum, quod ex conuentione. §. final. ff. de iur. iurand. de qua dixi superius, quæst. 6., ... quæstionis principalis.

Limitatur quartò ratione societatis, vel connexitatis personarum, de qua superius diximus.

QVAEST. I. XIIII. QVAEST. Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum delatum ab uno ex reis credendi, nocet alij.*

2 *Iuramen-*

2 *Iuramentum habet uim rei iudicatæ.*

3 *Iuramentum delatum ab vno ex reis credendi nocet alijs, etiam in acceptilatione, & ficta solutione.*

4 *Iuramentum delatum per unum ex reis credendi nocet alijs, qui non detulerunt, ita ut non competat actio contra deferentem.*

5 *Iuramentum delatum per unum ex reis credendi, & debitor iurat se debitorem, præiudicat alijs in actione constituenda.*


6 *Iuramentum præstitum ab uno ex reis credendi debitori iurando in persona sua, præiudicat alijs.*

7 *Iuramentum præstitum ab uno ex reis credendi, nihil sibi deberi, præiudicat alijs.*

8 *Iuramentum unius ex reis debendi, asserendo se non teneri, prodest alijs.*

9 *Iuramentum unius ex reis debendi, asserendo se debere non nocet alijs.*

10 *Iuramentum delatum ab uno ex reis debendi creditori, qui iurat deberi sibi, alijs non preiudicat.*



T iuxtà prædicta infertur, ad materiam, de duobus reis credendi, & debendi, ad l. duobus. ff. de iur. iur.

In hac igitur materia, considerādi sunt quatuor casus principales ex parte reorum credēdi, & quatuor ex parte reorum debendi.

Ex parte reorum credendi, primus casus est, si vnus reorum defert iuramentum debitori, qui affirmat se non teneri, & tale iuramentum nocet, non solum deferenti,
1 sed etiam † cæteris correis credendi, l. duob. ff. de iur. iurand. qui contextus cum clarissimus sit, & sine vlla distinctione loquatur, nō debet restringi, vt per Accur. illic, ad reos socios: quasi nihil de non socijs disponat, & ita sentit Accur. in l. ex duobus. vbi Bart. q. 5. de duobus reis. in l. si vnus. in princ. ff. de pact. Bart. Castr. Aret. & Ias. in d. l. duobus. vbi Ias. in d. l. nu. 4. Pract. Papien. in forma libel. aduers. plures reos debendi, super verbo, quilibet eorum, colum. penult. nam reorum omnium eadem ratio est, quæ fundatur in efficacia iuramenti; quæ est, vt habeat vim litis contestationis. l. nam posteaquam. §. si is, qui temporali. l. qui iurasse. §. 1. de iur. iuran. & latius suo loco dicemus. Sed litis contestatio facta per vnum, nocet alijs, vt habetur in d. l. ex duobus. meritò & iuramentum ab vno delatum.

2 Præterea, † iuramentum habet vim rei iudicatæ. l. 2. ff. de iur. iurand. & vidimus supèrius in principio: quæ plerunquè omnibus nocet. Preterea & fortius, iusiurandum est loco solutionis. l. duobus. §. 1. l. iusiurandum etiam. de iur. iurand. sed solutio facta vni ex reis credendi per debitorem, inducit liberationem quoad omnes. l. 3. ff. de duob. reis, pariter & delatio iuramenti.

Amplia-

3 Ampliatur† hæc conclusio, vt procedat etiam in ficta solutione, puta acceptilatione. l. iusiurandum à debitore. ff. de iur. iurand.

4 Sed† numquid isto casu dabitur actio alijs correis credendi, contra illum correum, qui iuramentum detulit? vtiquè non, cum deferre potuerit, & deferendo vsus sit iure sibi competenti, cum à iure fuerit sibi permissum iuramentum deferre. si igitur debitor negauit, quid culpę creditoris: si tamen de aliqua fraude, vel machinatione constaret in præiudicium aliorum creditorum, tenetur. l. nam postea quam. §. iusiurandum. ff. de iur. iuran. l. si de communi. ff. si seruit. vendicet.

5 Secundus† casus principalis est, quãdo debitor iurat ad instantiam vnius ex reis credendi, se esse debitorem, & tunc præiudicat cæteris, quatenus ad actionẽ instituendã; quia iam facta est præoccupatio, ita Bart. in d. l. ex duob. q. 5. & in Auth. hoc ita, nu. 46. C. de reis credend.

6 Tertius est casus ex mente Bart. in citato iam loco, quando vnus ex reis credẽdi iurat sibi debitũ esse, prę iudicat cæteris, à quibus debitor est liberatus.

7 Quartus† casus est ex mẽte eiusdẽ, quando vnus ex reis credendi iurat nihil sibi deberi: pariter præiudicat alijs quo ad actionem instituendam aduersus reum debendi; secus* verò quantum ad ipsum, qui iurauit. Bar. in l. ex duobus. ff. de iur. iurand.

8 Econtrà †iuramentum vnius ex reis debẽdi, qui asseruit se nõ teneri, prodest alijs correis promittendi. l. duobus. §. ex duobus. ff. de iur. iuran. latè Ronchegall. in l. ex duobus. nu. 60. ff. de iur. iuran. vbi omni reiecta distinctione, an super facto, an super iure, vel in dubio, dicit hanc conclusionem esse verissimam, nisi iurans neget efficaciam, & principium obligationis; puta, non promisisse, uel quid simile.

9 Secũdus† casus est, quãdo vnus ex reis debendi iurat se debere: tũc nõ nocet alijs, si de credito nõ constat aliter, quàm per delationẽ iuramenti, & isto casu procedit regula, ꝙ factum vnius, non debet nocere alij. Ias. in l. duobus. §. ex duobus. ff. de iur. iuran. nisi quoad præscriptionis interceptionem, vt per Alex. & Ias. in citato loco.

10 Tertius† est casus præcedentibus similis, vbi vnus ex reis debendi defert iuramentũ creditori, qui iurat sibi deberi: nam alijs nõ præiudicat, ex re inter alios gesta, vt per Ang. in d. §. ex duobus.

Quartus casus est, quando creditor iurat nihil sibi deberi, tunc prodest omnibus reis debendi. Bart. in l. reos. q. 5. ff. de duobus reis. glo. in l. duobus. §. à fideiussore. ff. de iur. iuran.

Et hæc pauca ad materiã duorum reorũ, tam credẽdi, quàm debẽdi, in materia iuramẽti litis decisorij, ad l. duobus. ff. de iur. iur.

Limitatur quintò, in actionibus populiaribus, in quibus iuramentũ delatum per vnum de populo bona fide, præiudicat omnibus. l. eum qui. §. si popularibus. vbi Ias. not. de iur. iuran.

QVAEST. II. XIIII. QVAEST. Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum principalis, prodest fideiussori, si est præstitum super contract.*
2 *Iuramentum principalis non prodest fideiussori, respectu personæ præstitũ.*
3 *Iuramentum principalis prodest fideiussori, animo donandi intercedenti.*
4 *Iuramentum principalis talem non fideiussisse prodest fideiussori.*
5 *Iuramẽtũ principalis, vt noceat, uel prosit fideiussori, quã utilitatẽ ꝑducat.*

1 QVAERO, † an iuramentum principalis prosit fideiussori? vtiquè, si est iuratum super contractu: tunc prodest, & liberat fideiussorem; puta, dicit pecuniam non accepisse mutuo.

2 Si verò † iuramentum præstatur respectu personæ, quia agitur, quòd persona non est legitimè obligata, puta, pupillus sine tutore; & tunc fideiussor non liberatur. & in dubio præsumitur iuratum super contractu. l. final. & ibi not. ff. de iur. iurand. l. duobus §. 1. in princip. ff. eod.

3 Ampliatur † conclusio, etiam in fideiussore animo donãdi, vt per Castrẽs. in l. duobus, §. 1. ff. de iur. iurãd. March. Decisio 5.20. nu. 15. par. 1.

4 Ampliatur † secundò, vt posit etiam principalis debitor iurare talem non fideiussisse, & proderit fideiussori. Castrens. in d. §. 1. exemplo pacti. l. si vnus. §. si cum reo. ff. de pact.

5 Et si dicatur, † quid prodest pactum, vel iuramentum, quod talis non fideiussit? vtiquè propter regressum, quod habet fideiussor in casu molestiæ, vel solutionis. Item, quia liberat amicum, qui intercessit, ab obligatione; quod magnum factum reputat glos. in d. §. si cum reo, per l. si is à quo. ff. vt in possess. legat. curare igitur debemus, vt amicus pro nobis damnum non recipiat, & liberare ab obligatione, vt alia vice seruiat. tangit sicco modo Marsil. de fideiussor. num. 276.

QVAEST. III. XIIII. QVAEST. Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum fideiussoris prodest principali, si est in rem, uel in dubio: secus si in personam.*

2 *Iuramentum principalis non prodest fideiussori in facultate repetendi à debitore principali.*

3 *Iuramentum fideiussoris prodest principali, quando præcisè iurauit soluisse.*

4 *Fideiussor habens instrumentum confessionis, uel apocham, repetere poterit, licet non constet de uera numeratione.*

5 *Acceptilatio numerationem excludit.*

6 *Iuramentum defensoris prodest omnibus, quibus prodesset, si defensus iurasset.*

1 QVAERO, † an iuramentum fideiussoris prosit principali? Tres sunt casus: Aut est iuratum in rem, aut in personam, aut in dubio: primo casu prodest, secundo casu nō, tertio casu sic. l. duobus. §. 1. ff. de iur. iurand. vbi Paul. Castrens. dicit, quòd tunc est iuramentum in rem, quando iurauit contractum non fuisse celebratum, vel reum non teneri, vel nihil actori deberi. si autem iurat non fideiussisse, dicitur in personam, nec prodest; quia debitum non negat: si autem vtatur verbis ambiguis, puta non teneri, isto casu in dubio præsumeretur in rem; & sic iuramentum fideiussoris in dubio præsumitur reale, & sic principali ꝓsit, vbi Ias. num. 10. dicit valdè mente tenendum.

2 Limita, † vt hoc nō procedat, quin per hoc fideiussor repetere possit à debitore, cui talis confessio prodest; sed non in hoc, vt ab eo fide-
* iussor aliquid repetere possit. glo. in d. l. duobus. §. 1. in verbo, solutum ff. de iur. iurand. quæ communiter approbatur, vt constat ex Alexa. ibi num. 3. Ias. num. 5. & idem in §. Item si quis postulante, nu. 8. de actio.

3 Sublimita, † nisi præcisè iuret soluisse, nam tunc datur repetitio. Afflict. Decis. 150. num. 35. qui ita intelligi debet. Eman. in suo Thesaur. litera, F. num. 164.

Consideranda igitur sunt verba, aut iurat non teneri, aut iurat soluisse: Primo casu liberat debitorem, sed nihil repetit; Secundo casu liberat, & repetit. Seraf. de iurament. Priuileg. 81.

4 Secus tamen est, si fideiussor haberet instrumentum confessionis, vel apocham; nam repetere poterit, licet non constet de vera nume-
* ratione. est communis opinio. Ias. in d. l. duobus. §. 1. nu. 8. in fine. Feli. in cap. si cautio. col. final. fi de d. instrum. Dec. in l. 2. §. final. num. 14 ff. si cert. petat. Marf. de fideiuss. q. 35. num. 265. dicens hanc opinionem veriorem. Ant. Tremol. ad Pract. Bonacurs. de excep. rubr. quib. mod.
* su. toll. num. 39. Gomes. de contract. cap. 13. nu. 3. Eman. dicens magis communem in suo Thesaur. litera. F. num. 162.

Vnde in hoc præualet instrumentum, vel priuata scriptura.

Limita, nisi adesset acceptilatio, quæ numerationem excludit, ita

ſingulariter Bald.in l.1.ff.quæ in fraud.credit.

5 Et † iuramentum defenſoris prodeſt omnibus,quibus prodeſſet, ſi defenſus iuraſſet,l.creditore vbi Iaſ.dicit in hoc textum ſingularem.ff. de iur.iurand.

QVAESTIO DECIMAQVINTA Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum litis deciſiuum deferri non poteſt in cauſa ſtatus principaliter: ſecus, ſi incidenter.*

2 *Iuramenti delatio compromitti poteſt.*

3 *Iuramentum litis deciſiuum, deferri poteſt in cauſa criminali.*

4 *Iuramentum litis deciſiuum deferri poteſt in criminalibus, vbi licet tranſigere: ſecus in alijs.*

5 *Iuramentum litis deciſiuum in criminalibus facit indicium ad torturam; & ibi declaratur.*

6 *Iuramentum litis deciſiuum,deferri non poteſt, in cauſa monachationis.*

7 *Iuramentum litis deciſiuum deferri poteſt in cauſa depoſiti.*

8 *Iuramẽtum litis deciſiuum,deferri poteſt in actione de conſtituta pecunia.*

9 *Iuramentum litis deciſiuum deferri poteſt, in petitione hæreditatis.*



1 QVAERO, † an iuramentum litis deciſiuum, deferri poſsit in cauſa ſtatus? vtiquè non.l.ait Prætor, verſ. ſed & ſi de conditione, vbi Iaſ.nume.13.ff.de iur.iurand.hoc verum principaliter, ſecus incidenter,l.cũ proponas.C.de iur.iurand. vbi Bal. dicit notabiliter, quòd licet cauſa ſtatus compromitti non poſsit.l.nõ
2 diſtinguemus.§.de liberal.ff. de arbitr.articulus tamen † compromitti poteſt in cauſa emergens.ſ.an valeat iuramentum litis deciſiuum præſtitum; quod reputat ibi valde notabile,& Angel.cõmendat in l.quotiens.C.de iudic.dicens illam legem mirabilem.

3 Quid † in cauſa criminali? videbatur, quòd non, ex l. ſciant C.de probatio. Contrarium eſt verius, & eſt communis opinio. Iaſ.in l.ait Prætor,nu.24.ff.de iur.iurand.Gandin.in titul.de pact.& tranſact.maleſ.num.25.

4 Declara † hoc verum in cauſis criminalibus, in quibus licet tranſigere; & in his facit indicium ad torturam,ſiue ſit iudiciale,ſiue extra-
5 iudiciale; † in alijs non poteſt deferri, nec releuat etiam Iudice approbante, vt latè deducit Alex.in d.loco,ſub num.15.& ſic,aut loquimur

ex parte

ex parte rei,& potest deferri in causis,in quibus licet transigere; aliàs non: aut loquimur ex parte actoris, & deferri potest,& delatum facit indicium ad torturam tantum, & sentit Cin.in l.in bonæ fidei, num.2. C.de iur.iurand.

Quid in causa matrimoniali, posui suprà quæst.4.nonæ quæstionis principalis,limit.1.

6 Quid † in causa monachationis? responde,prout in causa matrimoniali.Ias.in l.ait Prætor, nu.26.de iur.iurand.

7 Quid† in actione depositi? vtiquè sic.l.in depositi.C.de iur.iurand.

8 Quid † in actione de constituta pecunia? vtiquè sic.l.illud.§.1.ff. de constit. pecun. vbi tam deferendo,quàm referendo,vbi I. C. dixit, modestius esse deferre,quàm referre;cogita, si cum quolibet expediat.

9 Quid † in petitione hæreditatis? vtiquè sic,& extenditur ad res postea quæsitas,l.sed & si possessori.§.final.ff.de iur.iurand.

QVAESTIO DECIMASEXTA Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum extenditur ad accessoria,ut fructus, & similia.*
2 *Periurium, uti odiosum,non extenditur ad accessoria.*

1 QVAERO,† an iuramentum extendatur ad accessoria, vt fructus,& similia? vtiquè sic.l.sed & possessori, versic. &
2 fructus &c.ff.de iur. iurand. secus in periurio, quod † vti odiosum non extenditur ad accessoria,gl.in l.aliàs,in verbo, docere. circa medium, ibi, & sic non peierauit; vbi Ias. in verb. procurator.sub nu.19.ff.de iur.iurand. Vnde actio ex iuramento præstito dabitur ad fructus, & alia accessoria.

QVAESTIO I. XVI. QVAEST. Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum super una causa præstitum, extenditur ad aliam in facto affirmatiuo.*
2 *Iurans sibi fuisse uenditam rem,facit nasci actionem ad cætera,quæ sequuntur,licet in iuramento non sint expressa.*
3 *Instrumentum continens venditionem, non apposito certo precio, non ualet,nec aliquam producit actionem.*

4 Iurans

4 *Iurans sibi uenditam talem rem, cogi poterit ad declarandum precium; & si non declarauerit, recurretur ad iudicem.*
5 *Declara, vt ibi.*
6 *Declaratio ad cons. Alex. 18. num. 2. uol. 2.*
7 *Agens ex iuramento pręstito super uenditione ad tradendam rem uenditam, repelli poterit, exceptione precij non soluti.*
8 *Iuramentum præstitum super uno ex correlatiuis affirmatiuè, extenditur ad aliud.*
9 *Dispositio l. final. de acceptilationibus, habet locũ in præstatione iuramenti.*
10 *Iuramentum assumit maturam actus, super quo interponitur.*
11 *Actio una sublata per iuramentum, quando tollat aliam.*
12 *Iuramentum, quomodo habeat uim solutionis.*
13 *Negans factum per iuramentum, an censeatur negasse qualitatem ipsius facti.*
14 *Iuramentum destructiuum generis, extenditur ad quamlibet speciem.*

1 QVAERO, † an iuramentum super vna causa præstitum, extendatur ad aliam? & si loquimur in facto affirmatiuo, certè sic. Vnde si iurasti me tibi vendidisse rem, datur actio ad cætera, quæ sequuntur, licet in iuramento non expressa; puta, quod res tradatur, de euictione caueatur, & similia, quę veniunt ex natura contractus. l. si duo. §. si quis iurauerit. ff. de iur. iurand.

2 Sed pone hic, † quòd iurasti me vendidisse tibi talem rem, nõ expres-
3 so certo pretio, † an agere poteris? Vtiquè non, quia instrumentũ cõtinens venditionem non apposito certo precio, non valet, nec aliquam producit actionem. Alex. consi. 18. num. 2. vol. 2.

Contrarium determinat Bart. in l. si duo. §. Marcellus. ff. de iur. iu-
4 rand. quia cogi poterit ad declarandum pretium; † & si non declaret pretium iustum, recurretur ad iudicem. ex l. domum. ff. de contr. emption. idem in effectu sentit ibi Paul. Castrens. cum limitatione, nisi ante iuramẽti delationem præcesserit expresſio alicuius certi pretij, quia delatio iuramenti, etiam simpliciter præstiti de vendendo tantum, vi-
5 detur declarata † à pręcedẽti pretio aliàs in discursu sermonis mentionato, ex l. Titia. §. idem respondit. ff. de verb. oblig. Casus satis frequẽs, quia oritur contentio, quòd vendiderim tibi rem pro tot, ego nego; postea defero iuramentum, an vendiderim simpliciter, nihilominus intelligitur iuxtà pretium aliàs expressum.

6 Et ita † posset etiam limitari consilium Alex. superius allegatum, s. nisi ex discursu facto ante celebrationem instrumenti, appareret de aliquo certo pretio: nam secundum illud, crederem intelligendum subsecutum instrumentum. cogita.

7 Quid,

7 Quid,† si quis petat executionem iuramenti ad tradendam rem venditam,an poterit repelli exceptione pretij non soluti? Posui in tractat. locat.& conduct.titul.de euictio.num.42.ampliat.8.

Vnum incidenter nolo omittere,quod iste textus in hoc §.si quis iurauerit,est notabilis,& valde commendatus,quod per dictionem, &c. veniunt ea,quæ sunt de natura contractus: & ita hunc textum reputat mirabilem Ias. in l. Gallus.§. idem credendum, nume.8.ff. de liber.& posthum.

8 Secunda † sit conclusio pariter in facto affirmatiuo, iuramentum pręstitum super vno ex correlatiuis,extenditur ad aliud.colligitur hoc idem,ex d §.si quis iurauerit,vbi dum loquitur de venditore,extenditur ad emptorem, & econtra.

9 Et sic† dispositio l.final.de acceptilat. & simil.loquentiũ in materia correlatiuorum, habet locum in præstatione iuramenti : Vnde si iuro, quòd uendidisti fundum, iuramentum extenditur dupliciter : primò ad omnia naturalia contractus,puta traditionem rei venditæ, euictionis cautionem,ex prima conclusione superius firmata. Secundò extenditur,vt emptor,qui iuramentum detulit,conueniatur ad pretium; & sic contractus pro vtraquè parte perficiatur.

10 Ex quibus † correlariè sequitur, quòd iuramentum assumit naturã contractus, super quo interponitur. Si iurasti me permutasse librum meum cum tuo, non competit tibi actio, nisi prius impleto pro parte tua,cum simus in contractibus innominatis.Ita Castrens.in d.§.si quis iurauerit.

11 Tertia † sit conclusio,sed negatiua, quando duæ actiones competunt ad idem,si oriuntur ex eodem contractu & causa,vna sublata per iuramentum,censetur sublata & alia.l.duobus.§.exceptio.ff.de iur.iurand.secus si ex diuersis causis vel contractibus,quia vna sublata, non censetur sublata alia.l.si actori.ff.de iur.iurand.

Declara,quãdo sumus in æquè principalibus : si verò vna sit accessoria,& alia principalis; isto casu,si est sublata principalis, tollitur & accessoria, etiam ex diuerso contractu,vel causa, quia destructo principali,corruit accessorium . Si verò est sublata accessoria, non tollitur principalis,quia principale destruit, sed non destruitur ab accessorio: Ita pulchrè colligitur ex Castrens.in l.si actori.ff.de iur.iurand.

Tollitur ergò,si ex eadem causa,vel ex diuersa,si sit accessoria.

12 Ex quibus † sequitur ad illud,quod in materia iuramenti dici solet, quòd iuramentum habet vim solutionis , hoc verum de ficta solutione,non vera. Secundò hoc verum est,quando iuramentum sit præstitum super debito principali, secus si super accessorio . Ita Bart. Alberic.Fulgos.& Ias.in l.si actor.ff. de iur.iurand. Quod non video bene explicatum a Serafin.de iur.iurand. priuileg.81. prout videre poteris.

13 Quarta

13 Quarta sit † cõclusio, pariter negatiua: negata per iuramentum qualitate facti, non censetur negatum factum: secus econtra. l. duobus, §. si quis iurauerit, cum seq. de iur. iuran.

14 Vel sic, † iuramentum destructiuum generis, extenditur ad quamlibet eius speciem, sed non econtra; & hoc probant benè illi duo contextus, quod ar. à specie ad genus valet affirmatiuè, sed à genere ad speciẽ negatiuè, & vltrà alia iura, quæ in materia, in locis ordinarijs allegari solent, est bonus contextus.

QVAESTIO. II. XVI. QVAEST. Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum ultimum attenditur, etiam si sit contrarium primo: nec de periurio quæri potest.*

1 QVAERO, † sunt interposita plura iuramenta, quod erit attendendum? Vtiquè vltimum, etiam si sit contrarium primo, nec de periurio quæri poterit. l. duobus. §. fina. vbi Ias. de iur. iuran. & sic regula, quod vltima derogant primis, procedit, etiam in pluribus iuramẽtis præstitis: namque vltimum attenditur sine metu periurij.

QVAEST. DECIMASEPTIMA. Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum litis decisiuum in omni actione, uel iudicio moto deferri potest.*

1 QVAERO, † an in omni actione, vel iudicio moto, iuramentum litis decisiuum deferri possit? Et vtiquè sic, siue in personam, siue in rem, siue in factum, siue in actione pœnali, siue quauis alia agatur. l. 3. §. 1. ff. de iur. iuran. exceptis casibus aliàs superius expressis, & super qualitate personæ, & similibus casibus, & si mulieri pro interdicto ventris nomine fuerit delatum iuramentum, nõ nocebit partui, quo minus veritas appareat, d. l. 3. in fine. & superius posui, quòd iuramentum vnius, alteri non nocet.

Declara

Declara, nisi sit causa ciuilis, quæ requirat probationes perspicuas: tunc non defertur. Cin. in l. in bonæ fidei. num. 4. C. de iur. iuran.

QVAEST. DECIMAOCTAVA. Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum litis decisiuum, quam actionem pariat.*

2 *Iuramentum litis decisiuum, formiter præstitum, parit actionem utilem ex contractu.*

3 *Iuramentum litis decisiuum, quando dicatur formiter præstitum.*

4 *Practica agendi, & libellandi ex iuramento decisorio.*

5 *Iuramentum litis decisorium, parit tres actiones, utilem ex contractu, actionem in factum in iuramento, & actionem in factum ex sententia.*

6 *Iuramentum decisiuum informiter præstitum, parit actionem in factum, siue sit iudiciale, siue extraiudiciale.*

7 *Iurans dicitur in iudicio quasi contrahere.*

8 *Iuramentum litis decisiuum in actione reali, quot remedia producat, & contra quem competant, & exequi possint.*

9 *Iuramentum præstitum ex parte rei, quas exceptiones producat.*

10 *Iuramentum litis decisiuum, habet uim tituli; & iunctum, cum traditione facit dominum, & dat causam præscribendi.*

11 *Iuramentum litis decisiuum per reum præstitum super dominio, parit exceptionem, donec possidet.*

12 *Iuramentum parit actionem, tam quando est præstitum, quàm quando est remissum.*

13 *Iuramentum suppletorium, actionem non producit.*

14 *Iuramentum affectionis, actionem non producit.*

15 *Iuramentum non producit actionem, nec exceptionem contra tertium.*



1 QVAERO, † quæ actio competat ex iuramento litis decisorio iam præstito? Doctores in hoc vario modo loqui videntur. Ponam aliquas conclusiones: nam inter alia priuilegia, quæ iuramento tribuuntur, hoc est, quòd actionē parit, quod posuit Serafin. de iuramen. priuileg. 19. sed minus feliciter necessaria (ni fallor) explicauit: ponit etiam latè Afin. de execut. §. 9. cap. 172. ego meam ponam opinionem, prout infra.

2 Prima igitur † conclusio sit, quando iuramentum est formiter præstitum parit actionem vtilem ex eo contractu, glo. in l. si duo patroni. §. si quis iurauerit. ff. de iur. iurand. in l. actori. C. eod. in §. item

si quis. vbi Aret. nume. 6. de actio.

3 Dicitur † autem iuramentum formiter præstitum, quando in eo exprimitur causa, quæ si esset vera, esset obligatoria: vnde si contractus verè præcessisset, competeret directa. Ideo stante iuramento, competit vtilis tantum, ex contractu nominato nomen assumens; vnde si iuretur in venditione, vtilis actio dabitur ex empto, vel vendito respectiue, & sic de singulis discurrendo, & licet iuramentum non sit veritas, tamen habetur pro veritate; meritò fictione concurrente competit vtilis ex contractu nominato.

4 Practicando † tamen aduertendum est ad modum agendi, aut enim agitur ex iuramento præstito immediatè, & tunc datur vtilis; aut agitur ex contractu immediatè, & ad probandum contractum inducitur iuramentum, & hoc casu competit directa. Ita practicari docent Bald. Fulgos. & Alex. in d. §. si quis iurauerit.

Crederem verius esse quòd in casu competat vtilis, cum totũ semper pendeat à fictione iuris, mediante iuramento.

5 Vltra tamen † vtilem ex contractu nomen assumentem, competit actio in factum ex vi iuramenti, vt concludunt omnes in supra citatis locis.

Vnde ex iuramento formiter præstito, tres actiones oriuntur, vtilis ex contractu, actio in factum ex iuramento, & actio in factum ex sententia, si sequatur: ita Aret. in §. item si quis. nume. 6. vbi hoc correlarium colligit.

6 Secunda † principalis conclusio sit, quando iuramentum est informiter præstitum, tunc oritur actio in factum. Ita Bald. & Angel. in l. actori, vterquè nume. 1. vbi Cin. clarius, nume. 2. C. de reb. credit. Castren. in §. si quis iurauerit, nume. 1. Alexan. nume. 3. Ias. nu. 2. Ias. idem in §. item si quis. nu. 34. Instit. de actio.

Ampliatur hæc conclusio, siue iuramentum informiter præstitũ sit iudiciale, siue extraiudiciale; semper enim parit actionem in factum.
* Ias. ex communi, in §. si quis iurauerit, sub nu. 2.

Colligitur autem ex supradictis auctoritatibus, dici informiter præstitum, quando in confuso, per viam generis simpliciter iuratur; puta, deberi decem.

7 Et ratio † prædictorum videtur, quia per delationem, & acceptationem iuramenti in iudicio, dicitur quasi contractum. Angel. in l. 1. C. de reb. credit.

8 Et hæc in † actione personali, in reali verò, aut loquimur quando est iuratum ex parte alterius, vel ex parte actoris, considera duo tempora, s. ante traditionem, vel post.

Primo casu, sit firmata hæc conclusio.

Quando in actione reali, ante traditionem factã, actor iurauit reo

defe-

deferente,tria actori competũt remedia: Primum est,actio in factum, vt in §.si Prætor.iuncta glos.ibi, actori dabitur actio,s.in factum. iuncta glos.& clarius in l.sed & possessori,ibi,in factum actionem dandã, vbi Castrens.num.3.dicit,quod est datiua,non natiua:sed hoc est modicæ vtilitatis, vt dicit Ias.in §. item si quis,num.34.Instit.de actio.

Secundum remedium est vtilis rei vendicatio,vel vtilis Publiciana, vel vtilis petitio hæreditatis,iuxtà naturam iudicij moti, l.si duo.§.Iulianus.l.sed & possessori.§.final.ff.de iur.iurand.

Tertium remedium, officium iudicis nobile,quod imploratur pro executione prestiti iuramenti,nec est necessarius libellus,vel aliquis ordo iudiciarius,iuxta notat.in l.minor 25.ann.cui per fideicommissum ff. de minor. Speculat.de execut.sentent. in princip.in l.à Dio Pio.ff. de re iudicat.

Et talia remedia dantur,nedum contra deferentem ipsum,sed contra quoslibet habentes causam ab eo,siue titulo vniuersali, siue titulo particulari, & sic actio in factum est personalis in rem scripta, vt not. Castrens.in d.§. si petitor.num.5.dicens esse notabile,& mirabile.

Secunda sit conclusio, post iuramentum traditione facta, competit Publiciana,si non sit transactum tempus præscribendi.l.eum qui.§. si petenti; de publician.

9 Tertia sit conclusio,† si reus iurauit non actor,si posſidet habet exceptionem,siue iurauerit actoris non esse,siue suam esse: si verò desierit posſidere,habet actionem probato dominio,& licet actor non posſit probare de suo dominio,ex iuramento præstito actoris nomine; tamen,quia in eo casu est reus, auditur in eius dominio probando, ex l. final.C.de rei vendicatio. Si verò reus iurauerit rem suam esse, parit, donec posſidet exceptionem; si verò desierit posſidere, parit actionẽ contra actorem,vel habentem causam ab illo,& sic duos effectus,unũ actu,quod est exceptio,donec posſidet,aliũ aptitudine,quod est actio, quæ deducitur ad actum desinendo posſidere, quod mirabile admodum reputauit glo. in l.sed & si possessori,in verbo,sed certe,in fi.Nec respondet ad contrarium, quod fieri posset,de l.non omnes.ff.si cert. petat. Sed respondere posset, quòd iuramentum est præstitum super dominio,quod parit exceptionem in actu, & actionem habitu, vt dictum est.

Ex quo discursu colliguntur duo notatu digna in materia iuramenti litis deciſorij.

10 Primum est,† quòd iuramentum litis deciſorium habet vim tituli, & iunctum cum traditione facit dominium, & dat causam præscribendi.

11 Secundum est,†quòd iuramentum litis deciſorium super dominio per reum præstitum,dicentem rem suam esse,parit exceptionem,do-

nec possidet, & actionem dum desierit possidere; & sic vnum actu, aliud habitu, & in ventre.

12 Quarta sit conclusio, actio oritur ex iuramento, tam quando est præstitum, quàm quando est remissum, & parit respectiue exceptioné reo, &. successoribus, vel fideiussoribus, secundum vtrumque intellectum, in l. nam & postea §. iureiurando. ff. de iur. iurand.

Ex quo duo vtiliter colliguntur; Primum, quòd actio oritur ex iuramento, tam quando est prastitum, quàm quando est remissum, vt. l. non erit. §. si neque. ff. de iur. iurand.

Secúdú, quod exceptio iurisiurádi tuetur iurâtê, hæredé, & fideiuss.

Et habet iuramentum litis decisiuum hoc particulare priuilegium, quòd nullum iuramentum iudiciale producit actionem, nisi istud: vn
13 de iuramentum † suppletorium actionem non producit, vt per Bar. d. l. nam & postea. § final. pariter nec iuramentum affectionis produ-
14 cit actionem glos. reputata singularis in § præterea, in verbo, arbitrio, Institut. de actio. quam notabilem & singularem dicit Angel. in l. 2. in
15 princ. ff. de iur. iurand Et ex † iuramento oritur actio, & exceptio inter easdem personas, non contra tertium. l. sed & possessori. §. final. vbi Ias. ff. de iur. iurand.

QVAESTIO DECIMANONA Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum litis decisiuum obligationem tollit.*

1 VIDIMVS, † quòd iuramentum producit actionem: numquid tollet obligationem? vtiquè sic, litis decisiuum, de quo agimus, stante partium consensu; & hoc quoad naturalem obligationem, non autem ciuilem. Ias. in l. 2. nu. 4. de iur. iurand. & §. æquè. de actio. & ibi not.

QVAESTIO VIGESIMA Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum litis decisiuum, habet executionem paratam.*
2 *Iuramétũ litis decisiuũ, habet vim sentétiæ, etiã ex legitimis probationibus.*
3 *Iuramentum litis decisiuum habet executionem paratam, siue sit prastitum in iudicio, vel extra.*

4 *Iura-*

4 *Iuramentum litis decisiuum habet executionem paratam, etiam contra deferentem, etiam in rebus postea ab eo possessis.*
5 *Iuramẽtũ hẽt executionẽ paratã impropriè, unde ĩ statuto nõ cõprehẽditur.*
6 *Iuramentum non habet executionem paratam, quoad tertium.*
7 *Iuramentum habet executionem paratam, quando intentatur officium Iudicis: secus, si actio in factum.*
8 *Iuramentum iudiciale, quando habeat executionem paratam distinguitur.*
9 *Iuramentum litis decisorium, an requirat sententiam.*
10 *Iuramentum promissorium, vel assertorium, non habet executionẽ paratã.*

1 QVAERO iuxtà præmissa, † an iuramentum decisiuum habeat executionem paratam: Pulchra est, & notabilis quæstio in materia iuramenti in contractu appositi, & eã ex professo tractat Serafin. priuileg 77. tamen tangã quatenus spectat ad iuramentum litis decisiuum, de quo tractamus; & nõ tangendo tractata per eum, vt videri poterit.

Et vtiquè sic. Bar. Angel. & Castrens. in l. 2. ff. de iur. iurand. vbi Ias.
* sub nu. 20. dicit hanc esse magis communem* opinionem. Bar. & Castrens. in l. sed & possessori. § final. ff. eod. vbi Castr. col. 2. hoc valdè cõmendat Bal. dicens hoc singulare in l. 1. nu. 2. C. de execut. rei iudicat. Ias. in l. qui pecuniam, nu. 7. ff. si cert. petat. Feli. in cap. si cautio. nu. 47. de fid. instrũ. Soarez. in l. post rem. de re iud. col. 4. Viui. li. 1. opin. 188.
2 Ampliatur, † quòd iuramentum habet executionem paratam, & vim sententiæ latæ ex legitimis probationibus. Bart. in l. sed & possessori. §. final. ff. de iur. iurand.
3 Ampliatur † secundo siue iuramentum sit iudiciale, siue extraiudi-
* ciale Roderic. dicẽs communem d. l. post rem. not. 2. nu. 5. per totum.
4 Ampliatur † tertio etiam contra eum, qui mihi detulit, etiam in rebus postea ab eo possessis, quas tempore iuramenti non possidebat: Casus notabilis in l. sed & possessori. § proinde. ff. de iur. iurand. Roderic. hoc valde commendans in citato loco nu. 12.
5 Declaratur † vlterius, quod iuramentum habet executionem paratam; hoc verum impropriè. Vnde non comprehenditur in statuto, quod de qualibet sententia, vel re iudicata soluatur gabella, glo. in l. 1. ff. de confess. dicit notandum Bart. in l. fin. Codic. de fidecom. Roderic. ad l. post rem. not. 2. in fine. de re iudicat.
6 Declaratur † vt procedat inter partes; secus quoad tertiũ, qui nec iurauit, nec detulit, nec consensit. Rebuff. de literis obligator. artic. 6. glos. 3. num. 14. Asin. de execut. §. 1. cap. 9.
7 Declara † hoc esse verũ, qñ ex iuramẽto litis decisiuo intẽtaretur officiũ iudicis; secus, si actio in factũ: quia qñ ageretur actione in factũ, requireretur libellus, & via ordinaria agendũ esset. Specul. de exec. sententent.

tent.§.qualiter. in princip. per regulam.l.1. ff. de edend. & l.edita.C. eodem. sequitur Angel.in l.4.§. si ex conuentione.ff. de re iudicat. &
* hæc est communis opinio, à qua in practica non est recedendum, ut per Ias.post Imol.& Fulgos.in l.intra dies.ff.de re iudic.

Ego credo vtroque casu, siue agatur ex officio iudicis,siue per viā actionis,semper via executiua sit agendum; & ad iura Bart.in l.intra, puto distinguendum, aut actio intentatur ex facto aliàs in iudicium non deducto,& tunc requiratur libellus, aut ex facto iam in iudicium deducto per sententiam, vel iuramentum, & tunc via executiua agi poterit,etiam per viam actionis intentatæ. & ita mihi videtur materia declaranda,& iura concilianda, & est vna declaratio non tacta à Serafino,nec ab alijs materiam profitentibus.

8 Declaratur † secundo ad idem propositum iuramenti litis decisorij,& vltra Serafin.& alios materiam profitentes, quòd conclusio vera sit in iuramento extraiudicialiter præstito, secus in iudiciali,in quo distinguitur; aut est præstitum præcedente libello, litis contestatione, & similibus,& tunc requiritur sententia, nec habebit executionem paratam,ex quo processum est via ordinaria; aut ista non præcesserunt, & tunc etiam iudiciale habebit executionem paratam, & ita proceditur in hac materia,exemplo confessionis, iuxtà not.in l.1.C. de confess. Alex.in l.2.sub nu.ij.vbi Ias.sub num.20.limit.3. de iur. iurand.

9 Colligitur † autem virtualiter ex prædictis,quòd in iuramento litis decisorio,requiritur sentētia,si libellus, & similia p̄cesserint; aliàs nō.

10 Declaratur tertio,† & est principalis materia, & declaratio in hac, vt procedat in iuramento litis decisorio,quod imponat finem liti præsenti, vel futuræ; secus in iuramento promissorio, vel assertorio. Ita Bart.hoc valde commendās in d.l.2.vbi Ias.num.20. Anto.de Petrut. in repetit.l.1.num.223.de iur.iurand.

Vnde miratur Bart.in d.l.2.in fine,quòd consuetudo non induxerit hanc clausulam in instrumentis.Quia de prædictis dubitari posset, dictus promissor detulit stipulatori iuramentum, vt si iurauerit se debere recipere,quòd teneatur,qui stipulatur; statim sibi delato iuramēto iurauit se debere recipere, & isto casu habebit executionem paratam,& hanc opinionem Bart.dicit indistinctè veram, siue incontinenti, siue quouis modo interponatur. Roderic.in l.post rē.not.2.nu.10. de re iudic.

Vnde non omnis actus iuratus habet executionem paratam in uim iuramenti, sed si pendeat à iuramento decisorio, & non aliter; & in
* hoc multi regulistæ decipiuntur; & dicit communem Aret.in §.item si quis,sub num.12.Institut.de actio.Ias.in l.nulli. num.8.C. de iudic. Barba.in rubr.de iur.iuran.Matesil.notab.20.Marsil.singul.356.Curt. in repet l. admonendi, nume.47. de iur. iurand.Ias.in §.item si quis,
num.

nume.87. de actio. Viuia.opin.188.in fine.part.1.

Declaratur quarto, vt iuramentum habeat executionem paratam inter partes; secus quoad tertium. Posui superius, an iuramentum prosit, vel noceat tertio, ibi uidere placeat.

Declaratur quinto, vt opponi posiit de inhabilitate personæ. Ias. in l.tutor, num.2. de iur.iurand.

QVAEST. PRIMA. XX. QVAEST. Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Quadrimestre non datur confessis, ex iuramento litis decisorio.*

1 QVAERO, † an detur quadrimestre confessis in materia iuramenti litis decisorij; vtiquè sic. Bald. hoc valdè commendans in l.actori. C. de iur.iurand. commendat Alex. in l.2.num.11.ff.eod. & sic materia. l.a Diuo Pio, procedit in iuramento litis decisorio. Dicit singul. Roderic. ad l.post rē.not.2.col.4.in princ. vbi valde extollit, & laudat. de re iud.

QVAESTIO II. XX. QVAEST. Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Terminus decem dierum datur confessis, ex iuramento litis decisorio.*

1 SED, † an habebit locum terminus decem dierum, qui datur confessis, ex l.si debitori.ff. de iudic. vtiquè sic. Ias. in l.2.col.2. in princip.ff. de iur.iurand.


QVAESTIO I. XXI. QVAEST. Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata in iudicio famoso ex delatione iuramenti litis decisorij infamat.*

2 *Iuramentum releuat ab onere lucri, & pœna ipsius.*

3 *Sententia lata in facto famoso, infamat, si lata est ex probationibus priuilegiatis, vel extraordinarijs.*
4 *Iuramentum deferri potest in causa famosa, & infamat.*



1 QVAERO, † an sententia lata in iudicio famoso, ex delatione iuramenti litis decisorij infamet? vtiquè sic. l. nam & postea. §. si damnetur. ff. de iur. iurand.
2 Dubitationem † facit. l. eum, qui. & regula ipsius, ff. de iur. iuran. nam ibi iuramentum releuat ab onere dupli, & à pœna ipsius; ita hic deberet releuare à pœna infamiæ.

Ratio diuersitatis esse videtur, quia duplum oritur ex negatione: vnde, si non negetur, non incurritur pœna dupli, quia cessante negatione caret anima sua: secus in iudicio famoso, quia facta confessione iurata, statim incurritur.

Et sic, aut pęna nascitur ex affirmando, vel negando; & tunc cessante negatione, euitatur d. l. eum qui, aut nascitur ex mera sentētia, vel confessione, & tunc confitendo incurritur.

3 Colligitur secundò, † quòd in facto famoso sententia infamat, si est lata ex probationibus priuilegiatis, sicut per extraordinarias probationes, & in hoc æquiparantur.

Colligitur tertio virtualiter, quòd defertur iuramentum litis decisorium in causa famosa, & infamat sicut sententia.

QVAESTIO I. XXI. QVAEST. Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata contra iuramentum litis decisorium præstitum, valet.*
2 *Exceptio de iuramento litis decisorio ante sententiam opposita, impugnat sententiam ferendam.*
3 *Exceptio iuramēti litis decisorij opponi debet, etiam si de eo cōstet in actis.*
4 *Exceptio iuramenti competit parti, non iudici.*
5 *L. final. ff. de petit. hæreditat. declaratur.*
6 *Acta faciunt notorium.*
7 *Iudex supplet in notorijs, etiam parte non opponente.*
8 *L. prima. C. vt quæ desunt aduocatis non procedit in notorijs.*
9 *L. nam & postea §. si damnetur, declaratur.*
10 *Sententia lata pro eo, qui nullam habet actionem, valet, & operatur effectum suum.*

11 *Iura-*

11 *Iuramentum præstitum in causis criminalibus, tollit actionem ipso iure.*
12 *Sententia lata contra euidentem probationem ualet, prout est iuramentum decisorium.*

1 SED prosequendo eandem materiam. §. si damnetur, postquã eam ingressi sumus; quæro, an valeat sententia lata contra iuramẽtum litis decisorium iam præstitum? Vtique sic, ex eo contextu, in §. damnetur. secundum vltimum intellectum magis notabilem, iuxta quem ex eo colliguntur multa vtilia.
2 Primum est, † quòd excipiendum est de iuramento antequam sententia feratur, aliàs sententia contra iuramentum lata ualebit.
3 Ampliatur† hæc conclusio secundum Angel. in d. §. si damnetur, notabiliter, etiam si de iuramento iam præstito constet in actis, quia
4 reus excipere debet, quia ius excipiendi residet in parte, non in iudice, ex l. 1. C. vt quæ desunt aduocat.
5 Nec in aliquo† facit text. in l. fina. ff. de petit. hæredit. quia procedit in duobus casibus. Primo, si à parte petitur, & sic ibi, si consulitur per iudicem, idest, dummodo pars petat, vt ibi Bartol. animaduertit, quem Castrens. commendat, & sequitur. Alio modo intelligitur ille contextus, vt procedat, quia reus erat exclusus ab excipiendo; per lapsum termini legalis, vel iudicis, quo casu succurretur implorando officium iudicis. Vnde exclusus à statuto à proponendis exceptionibus; poterit implorare iudicis officium, ut aliàs latè diximus. quod facit ad statutum Tudertinum, de guarantigia, vt non tollat officium iudicis.
6 Contrarium, † & melius, tenet Butr. in cap. ab excommunicato, colum. 3. de rescrip. quia acta faciunt notorium, cap. fina. de cohabit.
7 clerico. & mulier. † Sed in notorijs iudex supplet, etiam parte non opponẽte, cap. quoniam, in fine. de filijs præsbit. & hæc opin. mihi verior videtur.
8 Ex qua duo colliguntur† primum limitatio ad l. 1. C. vt quæ desunt. vt non procedat in notorijs.
9 Secundum, † limitatio ad §. si damnetur, vt non procedat, si de iuramento constet in processu, etiam quòd per reum non fuerit oppositum; vnde producatur in processu, & procuretur per iudicem inspici iuramentum præstitum, & saltem sufficiet, sed cautius erit opponere.
10 Secundum† colligitur secundum Bald. ibi, quòd sententia lata pro eo, qui nullam actionem habet, valet, & operatur effectum infamiæ,
11 & in causis† criminalibus, iuramento præstito, actio tollitur ipso iure.
12 Tertium† quòd valet sententia contra euidẽtem probationẽ. prout

est iuramentum litis decisorium, quod est euidens probatio, declarando quando non simus in notorio, vel de eo non fuerit oppositum in casu notorij, vt superius dixi: commendat Roderic. d. l. post rem, not. 2. sub num. 13.

QVAEST. VIGESIMASECVNDA Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum litis decisorium habet uim litis contestatæ.*

2 *Iuramentum litis decisorium perpetuat actionem ad annos quadraginta, & præscriptionem impedit.*

3 *Iuramentum litis decisorium appositum in fine instrumenti multum operatur.*

4 *Sententia lata super iuramento litis decisorio, ualet, & tenet.*

5 *Iuramentum habet uim confessionis: & ibi latè declaratur.*

6 *Iuramentum constituit debitorem in mora, & facit eum teneri de interitu, & periculo.*

1 QVAERO, † an iuramentum litis decisorium, habeat vim litis contestatę? & vtiquè sic, l. nam & postea. §. si is, qui temporarie. ff. de iur. iuran.: & hoc propriè verum est in iuramento litis decisorio, vt dicit Gomes. in §. item si quis postulante, col. 2. de actio. licet Seraf. priuileg. 50. extendat posteà ad omnem iuramenti speciem.

2 Et sic iuramentum † litis decisorium perpetuat actionem, vsque ad annos quadraginta; & consequenter præscriptionem impedit. Alexã. in l. nemo potest. ff. de legat. 1. Ias. in §. item si quis postulante, colum. 3. nume. 5. de actio. in §. adde vnum. eod. titu. Marsi. sing. 151. Bauer. de virib. iuramen. effect. 51. Ant. de Petr. in repe. l. 1. de iur. iurand. nume. 128. effect. 22.

Et licet Doctores, iuramenti materiam tractantes, extendant ad omnem iuramenti speciem; verè tamen iuramentum litis decisorium delatum à parte parti, vel in iudicio, vel extra, perpetuat actionem vsque ad annos. 40. & iura, & legis, iu quibus fundatur hæc opinio, loquũtur clarè in iuramento decisorio, prout l. nam postea. §. si is, qui tẽpora
3 ria. ff. de iureiur. † & ita expresse declarat Bald. Nouel. de præscri. in 4. par. 6. & vlti. part. princ. q 2. nu. 3. ponens pro cautela, vt in fine instrumenti apponatur delatio iuramenti, de qua superius diximus, & dicit summoperè notandum in practica Boui. de statutar. Vrbis præ-

scriptio.

ſcriptio.glo. 19.nume. 130.& nume.134.vbi pariter laudat cautelam Bartol.quod in fine inſtrumenti apponatur, quòd promiſſor detulit iuramentum creditori, qui iurauit ſibi deberi, & reſultabunt duo effe ctus, quòd habebit executionem paratam, & perpetuabit actionẽ. Idẽ pro ſingula.ponit Matteſilan.notab.20. Roderic.Soarez. de Bal. mentionem non faciens, in l.poſt rem iudicatam, in notab. 20.verſi. conſidera ſecundo, vbi firmat concluſionẽ, ſiue actio habet vitam iuris cõmunis, ſiue minorem à ſtatuto, ſemper enim perpetuat ad quadraginta annos. Balb. de communi in 4. part.6. part.principal. q.4. dixi in tract.locat. & conduct.part 5.titu.de ſtatut.nume.11.vbi videre placeat. Addo Didac.var.reſolut.lib.1.cap.9.nu.7.

4 Tertiò † ex præmiſsis infertur, quod ſuper iuramento litis deciſorio, ſententia ferri poterit, cum iuramentum litis deciſorium habeat vim litis conteſtatæ. Ita colligit Bald.ex eodem contextu in §.ſi is, qui temporaria, vbi Iaſ.nu.6.not.3.admodum commendat.

5 Poſſet dici, † quòd cum iuramentum habeat vim cõfeſsionis.l.eum qui, in princ.ff.de iur.iuran.l.qui iuraſſe, in fine.ff.eod.quod partes iudicis erunt, in exequendo, prout in confeſſum fieri ſolet, iuribus ſatis vulgaribus.

Animaduertendum tamen eſt, poſtquàm ingreſsi ſumus hanc concluſionem, quod iuramentum litis deciſorium habet uim cõfeſsionis, non uidetur reſultare iſta confeſsio ex ipſomet iuramento, ſed ex illo actu, quia vnus deferendo alteri iuramentum, per delationem, videtur fateri, quòd aduerſarius, cui defertur, iurabit: & ſic delatio iuramẽti, non ipſummet iuramentum operatur confeſsionem, & non ex parte iurantis, ſed deferentis potius.

6 Quartò infertur, † quòd iuramentum delatum, conſtituit debitorẽ in mora, & facit eum teneri de interitu, & periculo, eſt communis opinio. Socin.in tract.fallent, in verbo, mora. Fallent.7. Corſet.in rub. de iureiurã.priuil.4. Villalob.in recollect.in verbo, interpellatio. Crauet. conſi.64.nu.2. Ant.Gabr.de iureiuran.conclu.2.vbi latè, quia tractatur principaliter in materia iuramẽti in genere, ad illos me remitto: de iuramento.n.tantum litis deciſorio, & utilia tantum tractare intendo.

QVAEST. VIGESIMATERTIA Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Verba impropriantur in delatione iuramenti litis deciſorij.*
2 *Vſusfructus propriè non cadit in rebus, quæ uſu conſumuntur.*

1 QVAERO, † an in iuramento litis decisorio verba impro-
prientur? puta, iuro mihi deberi vsumfructum in re,
2 quæ vsu consumitur, † in qua non cadit propriè vsusfru-
ctus, & vtiquè impropriantur, l. sed & possessori. §. idem
si iurauero. ff. de iur. iurand. & videtur ibi succurri pro sustentatione actus, puta per cautionem præstandam, prout textus innuit in fine.

Potest etiam dici, quòd ibi verba non impropriantur, cum saltem largo sumpto vocabulo talis vsusfructus comprehendatur nomine vsusfructus: Ita sentit, & non malè, Alciat. in l. 1. §. si quis ita. sub nu. 35. vers. 2. contra conclusionem. ff. de verb. oblig. & facit l. si tam angusti. ff de seruitut. vbi, vt actus, qui agitur valeat, fit interpretatio sermonis latè, in materia Doct. in l. si tibi pecuniam. ff. si cert. petat.

QVAESTIO VIGESIMAQVARTA Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio quomodo, & quando locum habeat in iuramẽto litis decisorio.*
2 *Intellectus ad l. si duo. §. 1. de iureiu.*
3 *Præscriptio quot requirat pro sui substantia.*
4 *L. sequitur. § lana. ff. de vsucapio. declaratur.*

1 QVAERO † de iuramento litis decisorio in materia præscriptionis, tractatur in l. si duo. §. 1. ff. de iur. iura. & quoniam legitur multis modis, ideo tangam omnes.

2 Prima † igitur cõclusio secundum vnum intellectum, colligitur ex eo contextu; Ei, qui iam præscripserat, potest iuramentum deferri, & si deferatur, competit duplex actio, prima ex præscriptione iã cõpleta, secunda ex iuramento iã delato; & ambæ sunt vtiles.

3 Et vtilitas † est nõ pauca, quia in præscriptione multa veniunt probanda, scilicet titulus, bona fides, & continuata possessio. l. Celsus, l. naturaliter. ff. de pręscrip. cap. vigilanti. & cap. fin. de præscriptio. Sed in iuramento sufficit probare delatum fuisse. l. 3. §. final. ff. eod. & superius diximus, & sic per delationem iuramenti est, quòd multiplicatur actio, facilitatur etiam negocium, & tollitur difficultas probationum, & circunstantiarum ipsarum.

4 Ex quibus † infertur limitatio ad regulam, qui semel est effectus dominus, non potest amplius effici dominus, l. sequitur §. lana, & ibi gl. not. ff. de vsucap.

Tamen

Tamen hoc limitatur, vt procedat in dominio directo; nam dominium vtile ex vna causa quæsitum, potest & alia acquiri, maximè quãdo reddatur facilitas negocij: facit quod not. Bar. in l. in bello. §. si quis seruum ff. de captiu. in l. 3. C. quod met. caus.

Secunda sit conclusio, ex altero intellectu illius contextus; tutus exceptione præscriptionis, deferendo aduersario iuramentum, perdit eam, & sic infertur, quòd licet exceptio præscriptionis sit litis finitę, vt per Bar. in l. fi. ff. pro suo; tamen perditur modo prædicto.

Tertia sit conclusio ex alio intellectu illius contextus, si aliquis iurauit fundum suum esse, aduersarius nô potest eum præscribere; quia, cum iuramentum habeat vim litis cõtestatæ, vt diximus, præscriptionem incohatam interrumpit, impeditquè incohandam.

Quarta sit cõclusio, si quis primò iurauit, ille idẽ potest posteà pręscribere, & iuramentũ erit titulus ad pręscriptionẽ. & erit magna vtilitas, quia ex iuramẽto non potest agi, vel excipi, nisi cõtra deferentem, vel eius hęredes. l. nã & postea. §. final. ff. de iur. iurand. sed habenti vtilem ex præscriptioue, competit contra omnes, etiam contra dominũ. l. omnes, & l. sicut. C. de præscript. 30. vel 40. anno. Et sic ex præscriptione acquiritur dominium vtile. Ita hunc textum ponderat Cune. in Authentic. nisi tricennale C. de bon. matern.

QVAESTIO VIGESIMAQVINTA *Principalis.*

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum delatum super actione inepta, valet, & tenet, ad l. si patronus. ff. de iureiu. & ibi contrarium est verius.*

2 *Habens fori declinatoriam, iurare non cogitur.*

1 QVAERO † non inutiliter; est directa contra me actio inepta, & quæ intentari non poterat; an posit deferri iuramentum litis decisorium? vtiquè non. l. si patronus. ff de iur. iurand. vbi Paul. Castrens. dicit mirabilem; & notandum ex eo contextu, quòd vbicunquè habes cõtra me exceptionem, per quam potes me ab agendo repellere, nec teneris respõdere libello meo; si vellẽ deferre iuramentum litis decisiuum, non teneris iurare, nec referre, nec soluere; dicens hoc esse notabile, & menti tenendum. ad idem l. contractibus. §. de illo, C. de non nu. pecun.

Vnde habens declinatoriam fori, prout legati, Prouinciales & similes, non cogitur iurare. Ias. per illum tex. in l. tutor. in vltimo notab. ff. de iur. iurand.

QVAE-

QVAESTIO VIGESIMASEXTA Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Pœnitentia, an habeat locum in iuramento litis decisorio.*

1 QVAERO † ad materiam l. sicut C. de actio. & oblig. & l. in commodato. §. sicut, ff. commodat. detuli tibi iuramentum litis decisorium; acceptasti: postea uis pęnitere, & mihi referre; an sis audiendus? vtiquè non. l. iusiurandum, quod ex conuentione, secundũ intellectum Alberic. ibi. ff. de iur. iurand.

Qui textus secundum aliam opinionem, dicit, quòd dispositio l. manifestæ turpitudinis. procedit in iuramento litis decisorio iudiciali, non extraiudiciali: vnde in extraiudiciali non cogitur iurare; referre, vel soluere, prout in iudicialibus.

QVAESTIO VIGESIMASEPTIMA Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum litis decisorium, an deferri possit in actione, quæ crescit per inficiationem.*

2 *Reus euadit pęnam dupli, ex delatione iuramenti litis decisorij.*

3 *Reus ex delatione iuramenti decisorij non euitat expensas.*

4 *Actor potest iuramentum à reo delatum recusare, & eligere viam probatoriam ad effectum consequendi duplum per negationem.*

5 *Iuramentum decisorium quandoquè licitè recusatur.*

1 EST motum † iudicium in actione, quæ crescit per inficiationem; puta, legis Aquiliæ, vel similis, reus negauit, & detulit iuramẽtum actori, qui iurat sibi deberi id, quod prius reus negauit: nũquid ex hoc actor, præstito iuramento, cõsequetur duplum? vtiquè non: textus est notabilis & singularis, in l. eum qui, in princip. ff. de iur. iurand. quem solemnem appellauit Bald. in cap. quoniam frequenter. §. quod si super. col. 3. vt lite non contestata.

2 Et

2 Et sic sequitur, quòd quando actor releuatur ab onere probandi, propter iuramentum, quòd reus sibi detulit, quòd reus euadet pęnam dupli.

3 Declaratur hæc conclusio, quòd per hoc reus non euadet, quin condemnetur in expensis, textus est in §. si tibi studium; post medium illius. §. Authētic. de trient. & semiss. vbi Angel. dicit illum textum esse ad hoc singularem. Ias. in l. properandum. §. sin autem alterutra. nu. 10. C. de iudic. Asin. in practic. §. 32. ampliatio. 70.

Vnde practicando, succumbens in iuramento litis decisorio, condemnatur in expensis, licet secus in iuramento in supplementū. Marsil. in l. patre, vel marito, num. 36. ff. de quæstio. singular. 485. Alexan. cons. 183. lib. 6. Lancellott. in tract. de expen. col. 1. vers. quinto, Curt. in l. admonendi, col. 96. quod longiori manu dicit signandum Neuizz. consi. 94. nume. 7. 8. 9. Asin. in practic. §. 32. limitat. 14. Sebast. Medic. reg. 7. num. 42.

4 Illud benè verum est, quòd si actor noluerit acceptare iuramentū à reo delatum, sed voluerit potius eligere viam probatoriam, ad effectum consequendi duplum per negationem acquisitum, quòd audietur, & facere poterit; & in hoc est valdè notabilis textus in d. l. eū qui. in princip. ibi, cum omissa hac parte edicti, &c.

5 Et sic † in isto casu, iuramentum licitè recusatur. Ias. reputans hoc notabile in l. manifestæ. q. 3. de iur. iurand. Contrarium tenet ad ampliationem illius l. quòd illa procedat, etiam si ille, cui defertur, recuset, & velit probare per testes, vel instrumenta, Boer. Decis. 95. Vnde extra casum d. l. eum qui, iuramentum recusari non potest, etiam si habeat testes, vel instrumenta.

QVAESTIO VIGESIMAOCTAVA Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum pręstitum super re, quæ non est, an valeat: & quid operetur.*

1 QVAERO, † est præstitum iuramentum litis decisorium super re, quæ non est; an valeat, & quid operetur? Duo sunt casus principales: Primus est, quando ille, qui iuramentum defert, scribat rem non extare, tunc sibi præiudicat, & præsumitur delatio facta eo meliori modo, quo potest, arg. l. qui stichum. ff. de confess.

Secundus casus est, quando deferens iuramentum ignorabat rem

non

non extare, & tunc non præiudicat, l. final. ff. de confeſſ.

Niſi ratione præcedentis delicti, vel moræ, fingatur eſſe in rerum natura. l. eum qui §. ſi iurauero. ff. de iur. iurand. qui textus limitat, & declarat d. l. final. ff. de confeſſ.

Si ergo actor uellet agere ex hoc iuramento, habebit in actu practico neceſſe oſtendere de iure ſuo, ſ. quòd ante iuramentum, erat in obligatione, & quod interuenerit mora, vel delictum, quæ haberet perpetuare obligationem; Sed quando reſus actori ſcienter detuliſſet, ſufficeret actori, quòd iurauerit; & ita procedat. l. duobus. §. final. ff. de iur. iurand.

Et eodem modo poteris diſtinguere in materia confeſsionis factæ, prout in citatis locis diſtinguunt Doctores.

QVAESTIO VIGESIMANONA Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Iurans, ſed nulliter, an poſſit iterum iurare, ad l. qui per ſalutem. ff. de iureiur.*

2 *L. Boues. §. hoc ſermone. de verb. ſig. declaratur.*



1 EST delatum iuramentum, † & præſtitum, ſed nulliter; an ille qui iurauit poſsit iterum iurare? & videbatur quòd non, ex l. non erit, ff. de iur. iurand. de qua ſuperius diximus.

Contrarium eſt verius, vt ſi præſtatio iuramenti fuit nulla, poſsit iterum iurare, l. qui per ſalutem, in princip. ff. de iur. iurand. quod verum eſt, quando iuramentum fuit acceptatum, aliàs iurare non poſſet; & ita procedat l. non erit, ſecundum Bart. in d. l. qui per ſalutem.

Declaratur ſecundò, niſi ſciẽter, & ſtudioſè inutiliter iuraſſet, quia amplius iurare non poterit, ne dolus eius ſibi ſit proficuus. Barto. in l. hæc conditio. ff. de condit. & demonſtr. Tiraq. ad l. Boues. §. hoc ſermone, nu. 29 cum ſequ. ff. de verb. ſignificat. Ant. Gabr. de leg. & conſtitutio. concluſ. 2. & num. 30.

2 Et per hanc l. qui per ſalutem; Doctores tradunt notabiles declarationes ad regulam l. Boues. §. hoc ſermone. ff. de verb. ſignifi. quòd verba intelliguntur de primo actu; nam hoc verum, ſi primus actus ſit validus, ſecus, ſi nullus: Secundò, hoc verum, cum ad ius ſit relatio, ſecus, ſi ad factum; quia intelligitur de primo actu qualitercunquè con-

consummato. Tertiò, hoc verum, si tractetur de iure quæsito conseruando: secus, si de iure de nouo quærendo. Quartò, hoc verum, quando quis facit actum nomine proprio, secus si alieno; Quinto, si faciat actum de iure communi competentem, secus si iure speciali. Sextò, si actus peccet in forma; secus, si in materia, quæ omnes declarationes eliciuntur ex d.l. qui per salutem, & eius materia, & sunt notabiles in practica.

QVAESTIO TRIGESIMA Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum litis decisorium, quando dicatur bona fide delatum.*

1 QVANDO iuramentum† litis decisorium, dicatur eo bona fide delatũ? dic quando actor habebat probationes ad ipsius intentionem, glo. in l. contra iuris. §. fina. ff. de pact. Alex. in l. eum, qui. §. in popularibus. ff. de iur. iurand. nu. 2. facit benè. l. tutor. & l. præses. ff. de iureiur. de quibus aliàs diximus.

QVAESTIO TRIGESIMAPRIMA Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum litis decisorium, unum de tribus requirit, iurare, referre, uel soluere.*

1 PRINCIPALISSIMA est in materia† iuramenti litis decisorij, conclusio, quòd si deferatur iuramentum litis decisorium, vnum ex tribus faciendum est. s. iurare, vel referre, uel soluere, l. iusiurandum. §. ait prætor. ff. de iur. iuran. l. delata. C. eo. tit. quid si non fiat, quid in practica obseruandum?

Duo sunt casus principales: Primus, quãdo defertur actori; secundus quando defertur reo.


Circa primum casum, si actor iurat, reus condemnabitur vnà cum expensis: si verò non vult iurare, reus absoluetur.

Circa ſecundum caſum, ſi reus iurat, debet abſolui: ſi non vult iurare, ſed referre, audiendus eſt. Si neutrum facere velit, aut vult ſoluere ante condemnationem, & audietur: aliàs condemnabitur. Et hæc practica eſt totius materiæ, quam ponit textus reputatus difficilis, & obſcurus, vel melius, inordinatus, in l. iuſiurandum, & ad pecunias. §. fina. ff. de iur. iurand.

QVAEST. TRIGESIMAESECVNDA Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum, ex quibus caſibus liceat recuſare, ad l. manifeſtæ turpitudinis, de iureiurand. ubi conſiderantur circa uiginti caſus licitæ recuſationis.*



1 ALTERA principalis indagatio eſt, ex quibus caſibus liceat recuſare iuramentum litis deciſorium, ad l. manifeſtæ. de iur. iurand. quorum multæ reperiuntur ſparſæ per quæſtiones præcedentes.

Primus caſus eſt, ex perſona illius, cui defertur; vnde pupillus iurare non cogitur, nec deferre, nec ſoluere, etiam cum tutoris auctoritate, ſi tamen vult iurare, poteſt, & ſibi prodeſt. l. tutor. vbi not. ff. de iur. iurand. Dixi quæſtio. 7. q. . . . principalis.

Secuudus caſus pariter, ex perſona illius, cui defertur, ſi quis litigat nomine alieno, quia iurare non cogitur, l. iuſiurandum, & ad pecunias, §. pupillo, verſicu. procurator. Dixi ſuperius quæſtio. 9. q . . . principalis, in fine.

Tertius eſt caſus, ex perſona deferentis: puta, ſi pupillus, vel minor deferat, quo caſu, licitè recuſatur, vt dixi d. q. 7.

Pariter, nec prodigus, nec furioſus, nec alij ſimiles, l. tutor. §. 1. ff. de iur. iurand. ubi Iaſ. ponit concluſionem, quòd qui non poteſt alienare, non poteſt iuramentum deferre, l. iuſiurandum, quod ex conuentione. §. pupillus. ff. de iur. iuran.

Quartus caſus eſt, ratione loci: vnde vbi quis habet declinatorii fori, nec ibi iurare cogitur, l. tutor, §. fin. ff. de iur. iuran. Dixi ſuperius. q. 22. principa. in fine.

Vnde clerici coràm iudice ſeculari iurare nõ coguntur, nec milites ſancti Stephani, nec ſimiles; niſi coràm iudicibus ſpecialiter deputatis.

Quintus

Quintus casus est, ex natura actionis; si enim cõtra me aliqua actio intentari non poterit, illo casu nec iuramentum deferri; l. si patronus. ff. de iur. iurand. vnde considerabit, si actio poterat proponi. Dixi quæstio. . . .

Sextus casus est ex natura exceptionis propositæ, quæ si opponi nõ poterit, pariter nec iuramentum deferri, l. in contractibus. §. illo. C. de nõ numer. pecun. prout ibi Bart. declarat, scilicet elapso biennio, quo casu creditor iurare non cogitur, quia habet iam fundatam intentionem. reputat notabile Duenn. reg. 261. Ampliat. 1. in fine. vbi elapso biennio in exceptione non numeratæ pecuniæ, non potest per debitorem deferri iuramentum decisorium. Roderic. in l. post rem iudicatam, vers. sed pulchrum, sub num. 7. num. 663. vbi dicit hunc intellectum veriorem, & æquiorem.

Septimus casus, qui verè non dicitur recusationis, s. si casus propositus habeat aliquam dubitationem, poterit peti terminus ad deliberãdum, vt dixi superius q. 5. principali.

Octauus casus, timor ne detegatur periurium, iuxtà l. aliàs. ff. de iur. iurand. & dixi superius quæst. . .

Nonus casus, si minuitur ius, vt l. eum qui, in princ. ff. de iur. iuran. vide supra q. 24. vnde, si deferatur iuramẽtum reo, qui idcò defendit, vt paret actionem de euictione, posset reus recusare iusiurãdum, quia si res decideretur per iuramentum, non haberet actionem de euictione, argu. l. si dictum. §. si compromisero. ff. de euictio. commẽdat Aret. in §. si quis postulante. nu. 16. vbi Ias. nu. 84. de actio.

Decimus casus in modo deferendi, vel referendi. l. iusiurandum. §. si de qualitate. §. non semper. ff. de iur. iurand. dixi superius, de eo, qui secreta mutinauit, quæstio. secunda . . . quæst. principalis, vbi vide re placeat.

Vndecimus casùs, quando iurando incideret in captionem aliquã, quis iurare non cogitur, l. qui iurasse. §. si pater. vbi not. ff. de iur. iura.

Duodecimus casus est, si quis iuramentum detulerit, & posteà reuocauerit; nam iterum deferre non poterit, & si deferat, licitè recusabitur. l. si quis iusiurandum. vbi textus notabilis ad hoc. C. de iur. iurand.

Decimustertius casus est, quando ex forma statuti, vel consuetudinis, probatio non posset fieri, nisi per publicum instrumentum, quo casu iuramentum litis decisiuum deferri non poterit. Bal. in Authent. sed non iure. col. penult. num. 12. C. si cert. petat.

Declara, ex mente eiusdem, vt hoc sit verum, vt non sit deferendã probare debenti; alij autem, & sic aduersario sic.

Decimus quartus casus est, quando actor plenè probauit intentio-

nem suam testibus, vel instrumentis: quo casu, si à reo deferatur iuramentum, iurare non cogitur, nec statutum, vel consuetudo in contrarium valet, textus notabilis in cap.2.de probatio. Papiens. in forma iurament. glos. 1. nume. 4. & in forma responsio. rei conuent. in verbo; iurisiurandi, num. 4.

Constare tamen debet factum verè, vel per coniecturas, vt iuramento locus sit. Crauett. consi. 187. num. 3. quod mirabile dixit Hercula. de negat. quis tene. prob. negat. nu. 207. in fine.

Decimusquintus casus est, excipere, nolo iurare, nisi prius porrigas libellum intentionis tuæ. Alberic. in l. iusiurandum, & ad pecunias. §. ait prætor. ff. de iur. iurand. per regulam l. 1. C. de edend. quæ conclusio dura, videtur potius cauillosa; quia si ego volo stare et iuramento tuo, quid vlterius quæris. & vide supra quæst. . . . principal.

Sextusdecimus casus recusationis, si actor nihil penitus probauerit, de quo latius dixi superius in princip. quæst. . . . vbi videas.

Decimusseptimus casus est, in eo, qui habet præsumptionem iuris, & de iure pro se; quia iste iurare non cogitur. Menoch. de præsumpt. lib. 1. quæst. 62. vbi limitat, nisi subsit magna æquitas: facit Pedemontan. 10. decis.

QVAEST. TRIGESIMATERTIA Principalis.

SVMMARIVM.

1 *L. Manifestæ turpitudinis. vendicat sibi locum, quando quis ex dispositione legis, vel statuti, grauaretur onere probandi.*

1 AN dispositio † l. manifestæ. vendicet sibi locum, quando quis ex dispositione legis, vel statuti, grauaretur onere probandi? vtiquè sic, textus notabilis in l. cum de indebito. §. in omnibus. ff. de iur. iurand.

QVAEST. TRIGESIMAQVARTA Principalis.

SVMMARIVM.

1 *L. manifestæ turpitudinis. non procedit in iuramento extraiudiciali, sed requiritur approbatio Iudicis.*

1 AN dispositio † l.manifestæ. procedat in iuramento extraiudiciali? vtiquè non; vnde requiritur approbatio iudicis, aliàs iurare non cogitur, nec est locus dispositioni d. legis. Alexa.in l.iusiurandum, & ad pecunias. in princip. vbi not.ff. de iur.iurand. Abb.in cap.final. de iur.iurand. Alex.in l.manifestæ.num.7.vbi Ias.num.2. & procedit, tàm ex parte actoris, quàm rei. Mascard.conclus.390.

QVAEST. TRIGESIMAQVINTA Principalis.

SVMMARIVM.

1 *L. Manifestæ turpitudinis; an hodie sit correcta.*

1 NVMQVID † dispositio l.manifestæ. sit hodiè correcta? videbatur quòd sic, per l. generaliter.§.sin autem.C.de iur.iurand.

Quarè aliquorum fuit opinio, aut fuit acceptatum à parte, & tunc dispositio l.manifestę. procedat olim, & hodie, nisi post acceptationem superuenisset noua causa, de qua in princip.diximus q.3. ... quæst.principalis. aut non fuit acceptatum, & recusari potest d.§.generaliter.

Altera verior opinio est, quòd dispositio l. manifestæ. sit limitata ad causas superius expressas, vt ex causa recusari posit; aliàs non. Papiens.in forma responsio.rei conuent.in verbo, iurisiurandi, nume.3. in fine. est communis opinio. Ias.in §.item si quis postulante, num.84. de actio.

QVAESTIO TRIGESIMASEXTA Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum, quomodo in dubio intelligatur præstitum.*
2 *Iuramentum quot requirat pro sui substantia.*
3 *Stipulatio quatuor requirit; interrogationem, responsionem, præsentiam, & incontinenti.*

1 REPERITVR † iuramentum præstitum; quomodo intelligetur præstitum? vtiquè in dubio iuramentum non præsumitur præstitum, nec incontinenti,
2 nisi probetur. Vnde hæc duo pro validitate iuramēti deducenda sunt, s. quod iuramentum sit delatum, & quòd incontinenti præstitum. Bart. in l. ait prætor, la prima, §. iureiurando; vbi Alex. hoc valdè commendat. ff. de iur. iurand. Bald. in l. 3. ff. eod. Roma. in l. non erit. §. si neque. ff. de iur. iurand.

Facit glos. notabilis in l. si vnus. §. pactus vbi Ias. num. 44. ff. de pact.
3 vbi ad validitatem stipulationis, quatuor probanda sunt, interrogatio, responsio, præsentia, & incontinenti.

Declara, hoc verum, si per testes hoc deducatur; si verò per scripturam appareat iuratum, præsumuntur omnia solemniter acta. Ita Alex. & Ias. in citatis locis.

QVAEST. TRIGESIMASEPTIMA Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Iuramento tollitur, nedū actio personalis, sed ēt hypothecaria illi accedēs.*

1 QVAERO, † an per delationem iuramenti litis decisorij sit sublata, nedū actio personalis, sed ēt hypothecaria illi accedens? Regula est, quod non, in l. 2. C. de luitio. pigno. fallit tamen in causa iuramento decisa, Negus. de pignor. in 2. parte 6. part. principal. num. 10. per l. si deferente. ff. quibus mod. pign. vel hypoth. solu. & l. soluitur. §. final. ff. eod. l. iusiurandum, la vltima. ff. de iur. iurand. l. eos. C. de vsur.

QVAEST. TRIGESIMAOCTAVA Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Interrogationi super causa iuramento decisa, quis respondere non tenetur.*

QVAE-

1  VAERO, † an quis teneatur respondere ad interrogationem super causa iuramento decisa? vtiquè non, Bart.in l.Marcellus.ff.rerum amot.per l.qui iurasse.§. si pater: & ibi not.ff.de iur.iurand.in l.si a te.ff.de except. rei iudic.Bart.in l.2.§.quod obseruari, circa finem.C. de iuram.calumn. Specul.de positio.§.7. versic. 10.Marant.in verbo, interrogationes.limitat.5.num.10.Grauat.ad Vestr.lib.5.cap.14.sub nume.19.

QVAEST. TRIGESIMA NONA Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum litis decisorium, an sit vera & legitima probatio.*

1  VAERO,† an iuramentum litis decisorium sit vera,& legitima probatio? & vtiquè iuramentum in se non est legitima probatio.Viui.ex magis communi, * lib.1.opin. 186.Eman.in suo Thesaur.litera I.nu.330.

In iudiciali autem iuramento litis decisorio, contrarium mihi videtur verius, si consideremus finem,& effectum ipsius, quicquid dicat Bero.in rubr.de probat. nume.76. in contrarium est textus in l.non erit.§.iurare,vbi Ias.num.7.in l. sed & possessori.§. final.vbi Ias.num.2.de iur.iurand.

Et præclusa via probationibus, quouis modo prægnante, & facta conclusione in causa,semper deferri poterit iuramentum litis decisorium,vt pulchrè deducit Alex.ad Bar.in l. Lucius §.Titius,litera.I.ff. depositi. Dixi superius part.1.quæst... Crauett.consi.202.num.8. Menoch.de præsumpt.lib.2.præsumpt.47.nume.6. & sensit respondendo Ias.in l.3.§.iurau.num.7.ff.de iur.iurand. Roderic. Soarez.dicens pluries iudicatum,& practicatum,ad l. post rem iudicatam, vers. sed pulchrum dubium,num.12.in fine,fol.666.de re iud.

QVAESTIO QVADRAGESIMA Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentũ delatũ ab eo, qui non poterat esse in iudicio, ualet in uim pacti.*

2 *Con-*

2 *Confessio facta coràm iudice incompetenti, valet.*

1 SED numquid iuramentum delatum ab eo, qui non poterat esse in iudicio, sed extra iudicium deferre, valeat in vim pacti, vel iuramenti extraiudicialis.

2 Facit, quia confessio facta coràm iudice incompetenti, valet. Ias. ex magis communi, * in l. Magistratibus, ff. de iurisd. omni. iudic.

Contrarium in iuramento iudiciali est verius, Alex. per illum textum in l. seruus. num. 1. ff. de iur. iurand. vbi rationem diuersitatis assignat.

QVAEST. QVADRAGESIMAPRIMA Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Iudex habens liberum arbitrium in causa, non potest reijcere exceptionem iuramenti litis decisorij.*

1 PVLCHRA † est quæstio, an iudex, qui in causa liberum habet arbitrium, possit reijcere iurisiurandi exceptionem litis decisiui? & vtiquè non, cum exceptio iurisiurandi innitatur æquitati, & rei iudicatæ æquiparetur, prout superius diximus, & in terminis ponit Menoch. de arbitr. iudic. lib. 1. quæst. 50.

QVAES. QVADRAGESIMASECVNDA Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Iudex commissarius à Principe, an possit retractare causam iuramento decisam.*

1 EST decisa † causa per iuramentum litis decisorium, modò illamet causa recommissa est per Principis rescriptũ; an iudex commissarius poterit retractare iuramentum delatum? vtiquè sic, vt commissio aliquid operetur, & 1

maximè

maximè si in commissione sit clausula, sola facti veritate inspecta, Ita in terminis respondit Alciat.respon.101.nu.9.& 10.

Sed meo iudicio non ita simpliciter pertransirem, sed pendet questio ista, an Princeps posit tollere ius quaesitum,& multomagis in inferiori à principe, licet sæpius isti inferiores rescribendo apponāt clausulas, quas non possunt.

QVAESTIO XLIII. Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum litis decisorium, quomodo deferatur cum absente, ad intellectum.l.generaliter.§.his de præsentibus.C.de iureiu.*

1 QVAERO, quomodo† procedatur cum absentibus in materia iuramenti litis decisorij? In hoc considerādi sunt duo casus principales? Primus est in deferendo absenti, secundus in remittendo absenti.

Circa primum casum, absens sicut præsens iurare cogetur; quo casu procedendum est, attenta personarum qualitate,& cōditione. Quādoque enim iudex dabit terminum procuratori ad faciendum comparere, ad iurandum uel remittendum, vel concedet remissorias ad iudicem loci, vbi degit, vt recipiat tale iuramentum, monita parte ad interessendum, vel transmittendum, si vult, expensis tamen petentis, & illius, ad quem transmittitur, l. generaliter.§.his de præsentibus.C. de iureiur.

Ex quo contextu multa vtilia colliguntur in hac materia iuramenti litis decisorij.

Primū est, quòd stat in arbitrio iudicis, ut compareat personaliter, vel transmittatur: & hoc, si sumus extra iurisdictionem; nam infra iurisdictionem transmittetur notarius, extra fiunt remissoriæ, ibi, actorum testificatione, s. iudicis loci, ad quem, vt ibi Cin. exponit, nume.7.& sic pro iuramento litis decisiuo fiunt remissoriæ.

Secundò, quòd terminus datus ad faciendum comparere absentē, debet esse certus,& procuratori assignatus, ubi Bal. in 2. notabil. admodum commendat.

Tertium, quòd iuramentum decisiuum præstatur aduersario absente, licet monito, vbi Angel. nume. 3. valde notabile reputat.

Quartò

Quartò colligitur limitatio ad l.siue pars,C.de dilat.quòd pendente dilatione officium iudicis quiescit:hoc verum,quando dilatio pendeat super negotio principali: secus,si super vno capitulo.vbi Angel. hoc valde pariter cōmendat,& sic,donec recipitur iuramentum, potest iudex in causa procedere in alijs.

Secundo casu principali,iuramentum absenti remitti potest, & hoc * mediante nuncio,l.Labeo, vbi Ias.de communi testatur. ff. de iur. iur. vnde incipit currere a die notificationis, l.2. C. vbi in rem actio. vbi Bal.dicit text.notabilem.

QVAESTIO XLIIII.
Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum obscurum quomodo interpretandum.*

1 VAERO, quomodo procedendum in † iuramento obscuro? Vtique iurans declarare debet, si viuat, & à parte petatur,l.duobus.§.si ei.ff.de iur.iuran.aliàs in dubio præsumitur in rem, non in personam,l. creditore, vbi Ias.de iur.iurand.

QVAESTIO XLV.
Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum litis decisorium, an requirat sententiam.*

1 VAERO, an requiratur † sententia in recusante iurare, iuxtà dispositionem. l. manifestæ turpitudinis. de iur.iurando? Considerandi sunt ex mēte Doctorum ibidem, duo casus principales; aut loquimur quoad personam iurantis,aut hæredis. Primo casu non requiritur alia declaratoria,ex quo textus utitur uerbis exclusiuis.

Primò,verbo,est,quod est præsentis temporis,glo.in l.in criminali. C.de iur.omn.iudic.Bart.in l.iubemus §.sanè.C.de sacrosf. eccle. in l.imperator.ff.de iur.fisci.

Secundo ex verbis geminatis,manifestę turpitudinis, & confessionis

nis,glos.in Authentic.cassa.C. de sacros. Eccles.Bal.in l.non dubium. C.de legib.Roma.singul 3.

Secundo casu,in hærede,requiritur sententia.l.eius qui delatorem. ff.de iur.fisci, Ias.in d.l. manifestæ.in fine, vbi non discrepat Alex.reputans hoc notabile,quòd ficta confesio, non transeat in hæredem sine sententia si contumax decedat ante declarationem; commendat singulariter Bal.in l.2.C.de edend.in l.2.C.qui testam. facer.poss.Imol. in l.qui à latronibus.ff.de testament.

In primo tamen casu, verius & tutius esse iudicis declaratoriam, prout & in pœnis, quæ ipso iure inferuntur, Anto. Gabr.de malefic. conclus.10.Didac.var.resolut.lib.3.c.3.nu.4.Menoch.de Arbitr.iud. cas.235.num.12.& in fine.Alex.consi.128.in fine lib.2. Hercul. quis teneat probar.negat.nu.204.ampliat.4.

Vnde forma sententiæ est ista; Desideramus iuratum,& prout iuratum fuit exequi mandamus; glos. singularis dans hanc formam in l. 1.in 4.lectur.C.de confess.commendat Roderic.in l.post rem, not.2. col.8.de re iud.

QVAESTIO XLVI.
Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Iuramenti litis decisorij,quot sint effectus.*

1 IGITVR iuramenti † litis decisorij multi notabiles sunt effectus: Habet enim vim nouationis: & hoc cumulatiuè,addendo aliam actionem in actore, sed in reo habet vim nouationis propriè,cum tollat naturalem obligationem; l.stichum.§. naturalis, ff. de solut. Seraf. de iuram. priuileg.80.

Solutionis,
Delegationis,
Sententiæ; seu, rei iudicatæ,
Pacti,
Litis contestatæ,
Acceptilationis

L.iusiurandum, quod ex conuentione.§. final.ff. de iur.iurand.l.1.in princip.ff.quarum rerum actio non detur, l.nam & postea §. final.ff. eodem.l.si duo.§.si quis iurauerit.ff.eod.Serafin.priuileg.103.& 82.

Et alios producit effectus, de quibus sparsim superius vidimus.

QVAESTIO XLVII.
Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio, an detur in causa iuramento decisa.*

1 QVAERO, † an à iuramento litis decisorio detur appellatio? Vtiquè non. Bart. & Doct. in l. generaliter, §. sed iuramento. C. de reb. cred. ibi: nullo loco prouocationi relinquendo. Ias. in repetit. l. admonendi, colum. 21. de iur. iurand. Marant. in suo Specu. in verbo, Appellatio. nume. 321. idem not. glo. in l. 2. de iur. iurand. Pedemont. decis. 61. Serafin. de iuramen. priuileg. 102. facit. l. non erit. §. dato. ff. de iur. iurand. de quo superius vidimus, & ratio est, quia iuramentum habet vim confessionis, vt superius vidimus. Sed in confessum iudicis partes sunt in exequendo, nec appellare poterit Marsil. singu. 201. vti concordantes.

Limitatur conclusio in causa matrimoniali, in qua si fuerit iuratum, datur appellatio, cum in causa matrimoniali sententia nunquam transeat in iudicatum, cap. lator, cap. tenor. de re iudicata, cap. fraternitatis. de frigid. & maleficiat. Abb. consi. 64. part. 2. & non solum semel, sed decies appellari poterit, Calcan. consi. 11. vide supra, quæstio. 4. . . quæstionis principalis, limitat. prima.

Subampliatur hæc limitatio, vt procedat in omnibus causis, in quibus sententia non transit in iudicatum, iuxta not. in l. qui bona. §. qui damni. ff. de damno infect. nam iuramentum, & sententia, in hoc æquiparantur, vt per Alexand. in l. 2. post nume. 4. ff. de iureiurand.

Limitatur secundò, quando euidenter constaret de periurio iuxta l. fin. C. de reb. credit. de qua superius diximus.

Limitatur tertiò, idem si contrarium appareret per euidentiam facti; nam hoc quoque casu licita est appellatio, & retractatur iuramentum. Posui superius quæstione octaua . . . quæstionis principalis.

Et ita procedat Mising. centur. secunda, obseruat. 14. qui asserit in Camera Imperiali à iuramenti delatione appellationem admitti.

Limitatur quartò, vt non procedat in iuramento relato, quia, si ille, cui refertur iurauerit, poterit referens appellare. Cin. dicens hanc opinionem veriorem, in d. §. hisde præsentibus, nume 6. & ibi subdit in practica, quòd succumbens in causa appellationis, debet condemnari

nari in expensis, & ratio prædictorum videtur, quia referens ex necessitate facit, cum cogatur iurare, vel referre, vt superius vidimus; sed deferens non ex necessitate iurat, & facienti actum ex necessitate magis succurritur, not. in l. sicut. C. de actio. & obligatio.

Et partes conuenire possunt, vt causa iuramento decisa prætextu periurij non retractetur, & conuentio valet, l. 1. C. de reb. credit.

QVAESTIO XLVIII. Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Attentata, an considerentur in materia iuramenti litis decisorij.*

1 ET sic, † cum non detur appellatio à sententia lata in iuramento decisiuo, non dabitur reuocatio per viam attentatorum; si quid attentatur, prætendatur. Herculan. de attentat. cap. 31. sub num. 7.

QVAESTIO XLIX. Principalis.

SVMMARIVM.

1 *L. secunda. C. quando fiscus, vel priuatus. an procedat in causa iuramento decisa.*

1 QVAERO † ad materiam l. 2. C. quand. fisc. vel priuat. creditor, facta excussione in bonis debitoris, de mobilibus, immobilibus, & se mouentibus, & nihil reperto, vult venire ad nomina debitorum, & agit contra eum, qui medio iuramento litis decisorio confessus est, ille malitiosè negat; an ea non obstante fiet contra eum executio? vtiquè sic; quia statim conuinci potest. Ias. in l. a Diuo Pio §. final. num. 2. ff. de re iudic. Pulchrè Barto. in l. 2. num. 1. C. quand. fisc. vel priuat. vbi ad quid expectamus, si clarè constat. Specul. de primo, & secundo decret. §. restat, vers. quid ergo.

QVAE-

QVAESTIO QVINQVAGESIMA Principalis.

SVMMARIVM.

1 Negatiua, an probetur per iuramentum litis decisorium.



1 QVAERO, † an per iuramentum litis decisoriũ probetur negatiua? vtiquè sic. Iacob. Butrig. in l. actor. C. de probat. Igne. in l. 1. §. non aliàs. nume. 82. ff. ad Sillani.

Ampliatur hæc conclusio, etiam publicatis attestationibus, in ijs casibus, in quibus post publicationem testes recipiuntur, & not. per Crauett. cons. 205. per totum. & ita potest intelligi cap. 1. de confess. lib. 6.

Primo limitatur iste modus, vbi actor nihil probasset. Paris. consil. 153. num. 3. lib. 4. posui superius in princ. quæst. 1.

Secundò limitatur in facto implicito, tunc, ne pars efficiatur periura, iurare non cogitur; & sic videmus quod quis non admittitur ad iurandum ea, quæ non sunt verisimilia. Feli. in cap. quosdam, de præsumpt. Alex. consi. 71. col. final. lib. 3.

Et parti, cui factum non sit benè notum, non est deferendum iuramentum. facit l. Marcellus. ff. rer. amot. l. videamus. ff. de in litem iuran. Alex. consi. 73. col. final. lib. 6. Crauett. consi. 203. in princ. Igne. in d. §. non aliàs, num. 83. & hæredem non benè informatum, non esse cogendum iuramentum subire. Idem de facto alieno consi. 157. col. final. & 287. col. final.

Sublimita, vt non procedat, vbi deferenti iuramentum referretur: Is enim, qui detulit, velit, nolit, sciat, ignoretquè, cogitur iurare, vt per Crauett. consi. 203. & 287. col. final.

Sed contra dicendum videtur, quia militat eadem ratio periurij, nisi dicamus Crauett. loqui secundum terminos l. Manifestæ.

Tertiò limita, vbicunque agitur de probando per iuramentum id, quod est de solemnitate actus substantiali. Dec. consi. 105. nu. 4. lib. 1. Et hic modus est, per iuramentum decisorium: Et officio iudicis implorato, quo casu velit nolit iurare cogitur. Probatur etiam negatiua per iuramentum ad simplicem delationem partis, quo casu referre poterit & l. manifestæ. ff. de iur. iurand. iuxta discursum materiæ superius factum.

QVAE-

QVAESTIO LI.

Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio non implementi, & omnis alia executionem impediens, potest opponi contra executionem iuramenti litis decisorij.*

1 AN contra executionem iuramenti posit opponi exceptio non implementi, puta, iuraui domum emisse, si imploro officium iudicis, & peto executioné, poterit opponi de pretio non soluto, prout contra sententiam. Asin. in practic. §. 31. limit. 14. in fine.

Ampliatur, vt ne dum exceptio pretij non soluti, sed omnis alia exceptio, quæ executionem non impugnat, sed limitat, vel modificat Bal. in l. ab executione, num. 13. C. quorum appellatio. non recipian. Ias. in l. 1. num. 15. C. de iur. & fact. ignor. Alex. in l. ex diuerso. §. 1. nu. 1. & 5. ff. solut. matrim. in l. Nesennius. §. fina. ff. de re iudic. Marant. in Specul. part. 1. memb. 9. seu actu 9. in verbo exceptio num. 17. Asin. de execut. §. 9. cap. 172. num. 7.

QVAESTIO LII.

Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Compromissum fieri potest super causa iuramento decisa.*

1 AN post iuramentum litis decisorium posit transigi, vel compromitti? & videbatur quòd sic, quia potest renunciari iuri quæsito per iuramentum: Vnde, sicut potest nouum iuramentum præstari, ita vt compromitti. l. duob. §. final. ff. de iur. iurand.

Contrarium est verius ea ratione, quia iuramentum habet vim rei iudicatæ; vnde, sicut post rem iudicatam transigi non potest, l. post rem, ff. de iudic. ita nec post iuramentum litis decisiuum: Ita Bal. in repetit. l. 2. col. 3. circa medium. vers not. arg ff. de iur. iurand. commendat pro notabili Roderic. Soarez. ad l. post rem iudicatam. notab. 2. col. 2. in principio.

Vbi limitat, nisi quis compromitteret, cum clausula, non obstante iuramento, arg. l. si diuersa. C. de transactio.

FINIS.